

CONSTITUTIONES
SYNODALES DIOECESANÆ
S. ECCLESIÆ VULTURARIENSIS

Publicatæ

A' fælicis recordationis

THOMA CARAFA, ET DOMINICO SURRENTINO

EPISCOPIS

Nunc primò in lucem editæ

JUSSU

Eminentiß. & Reverendiß. in Christo Patris, & Domini

DOMINI FR. VINCENTII MARIÆ
Ord. Præd. Episcopi Tusculani S.R.E. Card. Ursini
Sanctæ Beneventanæ Ecclesiæ Archiepiscopi
Metropolitę, & Sede ipsa Vulturariensi
vacãte, Administratoris, & Visitatoris
Apostolici.





BENEVENTI:

E' Typographia Archiepiscopali anno 1710.

FR. VINCENTIUS MARIA
Ord.Præd.miserat.Divina Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Ursinus S. Beneventanæ Ecclesiæ Archiepiscopus Metropolita, & Ecclesiæ Vulturariensis, Sede Episcopali vacante, Administrator, & Visitator Apostolicus.

Charissimis in Christo filiis Clero, & Populo Civitatis, & Diœcesis Vulturariensis salutem, & benedictionem in Domino sempiternam.

UBi primùm, Filii charissimi, per obitum recolendæ memoriæ Coepiscopi, & Fratris nostri Dominici Surrentini, demandatam Nobis per Sacræ Episcoporum Congregationis Epistolas (1)(2) à SS. Patre nostro Clemente XI. (prout à Divo quondã Gregorio I. (a) Panormitanæ, ob Victoris Antistitis ex hac luce transitum viduatæ, Barbarus [b] Episcopus XXXIJ. Prædecessor noster) destitutæ Vulturariensis istius,

a 2 Me-

(a) Epist. XIII. lib. XIII. Judict. IV. anno 603. juxtà Edition. Parisien. Monachorum S. Mauri, à Gratiano relata in Can. *Obitum* 14. dist. LXI.

(b) Nostrum hunc Episcopũ Ecclesiæ insuper Hortonẽsis, per mortem Blandi Episcopi, Visitatorem legimus in eruditissimis prælaudatorum Patrum Notis ad *Epist.* XLI. D. *Gregorii lib. IV. Indict.* XII. quæ Anno 594. correspõdet. Assentiri videtur etiam Illustrissimus Episcopus Nicolaì Caput-aquensis in sua De *Episcopo Visitatore* nuperrima Dissertatione Cap. I. n. XVII. ex Epist.

(1) *Fuori*. All'Eminentiss. e Rèverendiss. Sign. mio osservandiss. Il Sig. Cardinale Orsini Arcivescovo di Benevento.

Dentro Eminentiss. e Reverendiss. Sign. mio Osservandissimo.

Avendo con infinito rammarico del suo piissimo animo udito la Santità di Nostro Signore lo stato deplorabile, in cui il defunto Vescovo hà lasciata la Chiesa di Vulturara, e non sapendo, come meglio presentemente soccorrere alla necessità di quel Clero, e Popolo, fino à che resti provista la Chiesa di nuovo Vescovo, se non con eccitare il gran Zelo dell' E.V. ad intraprenderne la Souraintendenza, tanto più, che nella sua persona concorre la quali-

tà

pist. Gregorianâ (alterius forsan editionis) xxxix. *lib.* III. *indict.* X. A. *videlicet* 592. At standū nostræ Ecclesiæ Chronologię, ab Illustrissimo Episcopo Sarnellio Vigiliensi, fusiùs digestę, & illustratę, quę Barbarū nōnisi pręfato Anno 603. floruisse recēset. Anno enim 591. Linianum II. numerat, & Anno 600. Davidem ejus Successorem; qui antiquam Cathedralem nostram eodem anno die XV. Decembris dedicavit; dieq; ipsa sermonem ad populum habuit, quem, prisca inter monumenta, servat adhuc nostræ Ecclesiæ Bibliotheca.

Metropolitanæ nostræ inter duodeviginti suffragantis, Ecclesiæ Curam, ac Visitationem accepimus, ad id solicitudinem omnē, studium, operamquè contulimus, ut æternam quibus vestram Vos operaremini salutem, præ cæteris inquirere, Vobisquè annunciare valeremus: dictum est enim per Pastorem, & Episcopum animarum nostrarum,

---

tà di Metropolitano, e di uno degli Ordinarj vicini, necessariamente informato dell' infelice stato delle cose, e de' remedi più facili, ed opportuni per lo maggior servigio di Dio, e di quelle povere anime; Hà perciò la Santità Sua risoluto di appoggiare all' E. V. l'assoluto Governo Spirituale della medesima Chiesa, durante il tempo della vacanza, dandole ogni facoltà di valersi dell' opera di quel Vicario Capitolare, quando lo reputi abile, overo di deputarne altro à suo piacimento. Affinche poi l'E. V. possa aver' anco l'arbitrio d'impiegare quella parte, che giudicherà, dell' entrate, che in avvenire si raccoglieranno, della Mensa Vescovale negli usi più necessarj di detta Chiesa, ò in altri di maggior servigio di Dio, si scrive con questo stess' ordinario à Monsig. Nunzio di Napoli, che ordini à quel Succollettore de' spogli di eseguire quegli ordini, che dall' E. V. gli saranno dati, rispetto à quei frutti, che matureranno, e si raccoglieranno, durante la vocanza della medesima Chiesa, salvi però sempre in favore della Camera Apostolica quelli, che restassero infatti in vita del Vescovo, come anco salve le ragioni dello spoglio, appartenenti all' istessa Camera, per essere egli morto fuori della sua Residenza. Si comunica anche da Sua Beatitudine a V. E. la facoltà di amministrare à quei Popoli il Sagramento della Confermazione quando vi riconosca il bisogno, e di esercitarvi i Pontificali. Ed all' E. V. bacio per fine umil-

rum (c) Christum Jesum: *Quærite primùm Regnum Dei, & hæc omnia adiicientur Vobis* (d). Hæc sanè nobis perscrutantibus, voluntas Dei fuit (e), ut citò, quæ volebamus, queisquè vos magis indigere noveramus, occurrerent: quamobrem fatendum jure meritò scribimus, infirmum dum nostræ initium Visitationis aggredimur, in sua Vos priùs misericordia Dominus visitavit ex alto (f). Dei ergò miserentis potiùs, quàm nostræ primitias Visitationis, hoc in Volumine hilari per vos, promptoquè excipiendas animo, exhibemus. Vixistis [quis non do-

(c) 1. Petri 2. 25.
(d) Matth. 6. 33.
(e) Genes. 27. 20.
(f) Lucæ 1. 78.

umilmente le mani. Roma 30. Maggio 1710. Di V. E. Humiliss. & Affettionatiss. Servid. G. Cardinal di Carpegna. Fer: Arciv. di Nicea Seg.

(2) *Fuori* All'Eminentiss. e Reverendiss. Sign. mio osservendiss. Il Sig. Cardinale Orsini Arcivescovo di Benevento.

Dentro. Eminentissimo, e Reverendissimo Siguor mio osservandissimo.

Essendosi degnat a la Santità di Nostro Signore di appoggiare al Singolar Zelo di V. E. l assoluto governo Spirituale della Chiesa di Vulturara, durãte il tempo della vacanza della medesima, intende la Santità Sua di comunicarle anche la facoltà di Visitatore Apostolico, affinche possa con tutta l' autorità necessaria prouvedere nella Visita delle Chiese, e di altri luoghi pii, al loro bisogno Spirituale, e temporale, & alla correzione de' costumi degli Ecclesiastici, non meno, che alla buona cura di quelle Anime. Eseguisco il Supremo comandamento di S. B., & intanto bacio all' E. V. humilmente le mani. Roma 27 Giugno 1710. Di V. E. Humiliss., & affettionatiss. Servo. G. Card. di Carpegna. Fer. Arciv. di Nicea Segr.

doleat?] multos penè finè legē annos; Diœcesanas etenim leges, Synodales scilicet vestrorum Cōstitutiones Episcoporum Thomæ Carafæ, & Dominici Surrentini, non in vestri scrinio cordis, sed, à quo latæ sunt tēpore, primę videlicèt ab anno MDCXXXI. secundæ verò à MDCXCIV. in Episcopali isto reperimus sepultas Archivo. Typis igitur eas per Nos nunc primò datas accipite; atq; assidua volutatione perlegite, memores eorum, quę prędicta sunt, verborum à Sanctis [g]: *Nemo enim* (vester hoc dixit Episcopus Carafa [h]) *exequitur quod ignorat*, *& ipsa lectio ad amorem, & executionem allicit*. Et quamvis in ejus virtute, qui dat omnibus affluentèr, ac postulātibus non improperat[i], nonnullos cōfidamus inter Vos inveniri, qui in charitate Dei, & proximi radicati, Legum calcaribus non indigentes, spōte sua divinorum currant vias mandatorū, hanc tamen fortitudinem non omnium, imò & paucorum esse minimè ignoramus. Quocircà vos singulos hortamur, & Christi, ejusquè in Terris Vicarii nomine, Apostolicas cujus vobiscum vices, clementissima illius dignatione, gerimus, commonemus, ut ea, quæ in hisce, Dei gloriæ promovendæ studio, æternæquè vestræ salutis amore, congesta sunt Synodis, unanimi consensu recipiatis, recenti semper memoria teneatis, sincero corde diligatis, operequè pleno perficiatis. A' nostræ autem Archidiœcesis Visitatione expediti, speramus, quod ipsi veniemus ad vos citò [k]. Interim Pontifi-

(g) 2. Petri 3. 2.

(h) In præfation. Synod.

(i) Jacob. 1. 5.

(k) Philipp. 2. 24.

tificem magnum,qui penetravit Cœlos, Je-
ſum Filium Dei [*l*] ſupplicitèr exoramus, (l)
ut, noſtræ compatiens infirmitati,in iſtius, Hebræor.4. 14.
ab annis inviſæ, Diœceſis luſtratione Ver-
bum ſuum, lucernam pedibus præſtet, &
lumen ſemitis noſtris [*m*]. Vos tandem, (m)
noſtrum dum expectatis adventum,ſatagi- Pſal. 118. 105.
te immaculati, & inviolati inveniri in pace
[*n*]: & Archiepiſcopalem Vobis, Filii dile- (n)
ctiſſimi, eximio amoris teſtimonio, benedi- 2. Petri 3. 14.
ctionem impartimur.

Beneventi ex noſtro Archiepieſcopio die 2. Auguſti 1710.



SYNODUS
DIOECESANA
VULTURARIENSIS

A

THOMA CARAFA

Ejusdem Ecclesiæ, & Montis Corbini

EPISCOPO

Celebrata die IX. Junii Anno Domini MDCXXXI.



THOMAS CARAFA

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Vvlturariæ, & Montis Corbini.

Dilectis in Chriſto Fratribus Archipresbyteris, Abbatibus, Curatis noſtrarum Diœceſum, cæteriſque in Chriſto dilectis filiis, Sacerdotibus, & Clericis ſalutem, & Paternam Benedictionem.



Um natura noſtra per peccatum corrupta in hoc malum certè maximum inciderit, quòd deorſum ire, & in vitia propendere quaſi naturale illi ſit: Omnia namque hujus noſtræ vitæ ſeneſcunt, & ſenſim ad interitum eunt, & ipſi quoque Cœli peribunt, ideſt Sancti, & Spirituales Viri ex Auguſt. nedum ad corporis, ſed etiam ſpiritualis vitæ ſenectam, & vetuſtatem eunt, atque ad tepiditatem, & ſegnitiem proficiſcuntur, à primo, quo inchoarunt fervore, deficientes. Proinde Sacri Conc. Trid. decretis quotannis ad tepefactum fervorem innovandum, & collabentem Cleri, Populique Chriſtianam diſciplinam inſtaurandam, Diœceſanas Synodos celebrari ſanctiſſimè ſancitum eſt, ut Eccleſiæ Dei Iuventus ſicut Aquilæ renovaretur; & noſter homo, qui intus eſt, renovetur de die in diem. Id certè Prædeceſſores noſtro, Paſtorali ſollicitudine Animarum ſaluti toto pectore incumbentes, variis, ſed ſaluberrimis Synodalibus Conſtitutionibus præſtitiſſe ſatis notum eſt. Nos, ex quo ad hujus muneris dignitatem, licèt immeritò evecti, novas Leges, & Conſtitutiones condere faſtidientes, utpotè multitudinem legum parum Reipublicæ ſalubrem fore experti, illas tamen ne in deſuetudinem abirent, utque faciliùs unuſquiſque munus ſuum obiret, & quid cavendum, qui dvè peragendum pro Eccleſiaſtica diſciplina in promptu haberet, in unum colligere, innovare, ac omni diligentia, & ſollicitudine executioni mandare ex animo concupivimus; ſed variis occupationibus prępediti, vel potiùs ut gregis Nobis commiſſi oculatim indigentias inſpiceremus, ac illarum legum utilitates, ac neceſſitates ipſi experiremur, hucuſque tam ſaluberrimum

(ni fallimur) opus transtulimus. Igitur sacris Pentecostes diebus electis ad Spiritus Sancti gratiam, & lumen congruentius impetrandum, ad Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ semper Virginis, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctorum nostrarum Ecclesiarum Patronorum laudem, & gloriam, leges in præteritis Synodis opportunè statutas (adminicula quædam tamen addendo) promulgandas, & innovandas curavimus, quod in veri Numinis honorem, & maximè fidelium utilitati cessurum, Divina adjuvante gratia, non dubitavimus. Igitur Dilectissimi, ut Ecclesiasticus Ordo, & Divinus cultus magis in dies resplendeat, rogamus, & in Domino obsecramus, ut mandata hęc à probatissimis Viris sanctissimè statuta, summa cum reverentia, iterum recipiatis, nec ea in literis mortuis, quasi in pavimento jacere sinatis, sed attentè legere, assiduè volutare: Nemo enim exequitur, quod ignorat, & ipsa lectio ad amorem, & executionem allicit: ac demum ea omnia implere, & executioni mandare pro viribus studeatis, Nobis, ac Supremo Judici strictam rationem reddituri, tenebras æternæ damnationis cavete, quia mandatum lucerna est, & lex lux. Valete ergo in Domino, ac unanimi voto, assiduisve precibus à Deo bonorum omnium largitore observantiam salutarem horum Decretorum imploremus, intercedente eadem Deipara Virgine Maria Domina nostra, cum Beatis Apostolis Petro, & Paulo, & Patronis nostris, & omnibus Sanctis.



In

In nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Am.

NOS THOMAS CARAFA
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS VULTURARIENSIS, ET MONTIS CORBINI.

In præsenti nostra Diœcesana Synodo infrascripta Decreta innovamus, statuimus, atque decernimus in Oppido Sancti Bartholomæi die 9. Junii 1631.

De Fide, & ejusdem Professione.

EX præcipua nostri Pastoralis Officii cura, integritate Catholicæ fidei omni studio, & pro viribus incumbentes, Sacri Conc. Tridentini, & Summorum Pontificum inhærentes decretis, gravissimè mandamus, ut quicumque Ecclesiastica Beneficia obtinent, & qui ad Diœcesanam Synodum convenire debent, omnes in ea ipsa Synodo, ad quam primò convenerint, professionem fidei faciant juxta formulam à Pio IV. præscriptam: Eandem fidei professionem provisi de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus infra duos mēses post adeptam possessionem coram Nobis, vel Vicario nostro publicè emittere teneantur. Provisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus etiam in Capitulo, idem facere teneantur, alioquin possessio illis non suffragabitur, ac fructus non facient suos.

Beneficia Ecclesiastica obtinentes fidei professionem emittere debent juxta formam Pii IV.

Clerici etiam Orientales in nostra Diœcesi degentes, eandem profiteantur juxta formam à Gregorio XIII. traditam.

Hoc idem mandatur Clericis Orientalibus, sed juxtà formam Greg. XIII.

Item publici Professores Artiũ & Facultatum, nec non Medici, & Chirurgi.

Cujuscumque artis, & facultatis Professores, publicè, vel privatim docentes, Ludimagistri, & rudimenta grammaticæ tradentes, nisi emissa professione fidei coram Vicario generali, vel Foraneo, nullo pacto admittantur, sub censuris, & pœnis in literis Summorum Pontificum statutis. Id ipsum de Medicis, & Chirurgis statuimus.

Item Concionatores, Confessarii, & Parochorum Adjutores.

Concionatores, Confessarii, Parochorum Adjutores, nisi eodem modo professione fidei emissa, munus exercere non audeant. Qui omnes in aliquo certo libro scribantur in Archivo servando.

De Hæreticis, & Maleficis.

Hæretici, & Malefici denunciandi.

IN virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, omnibus, & singulis Nobis subjectis, cujuscumque gradus, conditionis, & status, vel sexus, præcipimus, ut qui aliquẽ hæretica labe infectum norit, vel suspectum, vel quoquo modo à Catholica fide, & Romana Ecclesia deviantem, aut hæreticalia verba proferentem, vel Hæreticorum libros, & scripta, auctoritate Apostolica vetita, legentem, vel retinentem, ad summũ, post tertium diem Nobis denunciare debeat. Quòd si justa causa nequeat, Parocho, vel Vicario Foraneo quidquid norit, notificet; qui sub eisdem pœnis, & infra eundem terminum ad Nos deferre teneantur. Quod Decretum bis in anno teneantur Parochi promulgare, & explicare, atque diligenti animadversione hujusmodi improbos exquirere.

Malefici, & cum diabolo paciscẽtes excommunicationis pœna ipso facto innodantur.

Malefici, qui cum Diabol familiaritatem habere non verentur, valdè de hæresi suspecti habentur; propterea Maleficos, sivè Maleficas omnes tacitè, vel expressè cum diabolo paciscentes, vel invocantes quocumque maleficii genere, insuper Fautores, Adjutores, item accipientes, vel dantes olea sacra, vel alia Sacramentalia ad perversum hunc finem, etiam effectu non sequuto, Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda innodamus. Id

ipsum

ipsum de Divinatoribus statuimus. Insuper eodem modo innodatos declaramus, qui hujusmodi perniciosos Viros, ac Mulieres aliqua de re consulunt, quam sine maleficio, aut divinatione perficere, aut scire nequeunt, vel alios ad eos consulendos, & ab eisdem auxilium expetendum, vel duxerint, vel suaserint. Denique omnes qui illos noverint, vel graviter suspectos habuerint, nisi infra triduum Curiæ deferent, sicut de Hæreticis decretum est, eodem modo excommunicationi subjacere decernimus.

Interdicimus sub excommunicationis pœna, nequis ad destruenda maleficia, & solvendos Maleficiatos remedia superstitiosa, & non probata adhibeat, vel doceat.

Excommunicationis Pœna cōtra adhibentes, vel docentes remedia superstitiosa ad maleficia destruenda.

Parochi diligentissimè inquirant, an in sua Parochia sint, qui remediis, vel secretis utantur, quæ superstitionem redoleant, tempus, locum, vel quid simile ex nullo Medicorum præscripto vanè observent, simplicitatem, & ignorantiam arguant, si cōpererint, vanitatem erroris demonstrent, & acriter reprehendant, ac nisi resipuerint, Nobis deferant pro severiori remedio.

Parochorum diligentia ad inquirendos Maleficos.

De Sacra Scriptura, & ejus abusu.

Bibliam sacram, vel ejus libros vulgari sermone conversos nemo legere, vel tenere audeat; sed quamprimum ad Nos deferre teneatur.

Usus Sacræ Bibliæ vulgari sermone editæ, vel ejus recētio prohibetur.

De Doctrina Cristianæ Instructione.

Parochi, vel eorum Adjutores à Nobis probati, singulis Dominicis, signo cum Campana dato, unà cum Clericis etiam in Sacris constitutis, pueros, & puellas processionaliter convocare debeant in Ecclesia, & Fidei rudimenta, & Christianam Doctrinam docere teneantur, sub pœna unius aurei pro qualibet vice.

Parochi cum Clericis in Sacris constitutis ad fidei rudimenta docenda singulis dominicis procedant.

Sæpe inter Missarum solemnia Patres, Matresque

Parentes monendi per Confessarios, & Concionatores ad mittendos filios, & filias ad Doctrinæ Christianæ exercitium.

que familias graviter admoneant, ut filios, & filias, cæterosque de familia ad doctrinam Christianam addiscendam mittant, & ipsi conducant, & compellant, eosque quàm graviter in suarum animarum, & filiorum perniciem peccare, si in hoc negligentes fuerint, Concionatorum operam adhibeant; Confessarios moneant, ut hujus negligentiæ reos compertos, nisi certa spe emendationis habita, non absolvant.

Præmia distribuantur, quibus alliciantur pueri ad hujusmodi exercitationem.

Ad excitandos puerorum animos pia præmiola instructoribus ad æmulationem sanctam distribuant, pœnis negligentium Clericorum eruenda.

Promovendi ad ordines examinentur super Doctrina Christiana. Sacerdotes quandoq; intersint, ut vel sic laici frequentius conveniant.

Clerici omnes, etiam Diaconi, & Subdiaconi sub pœna unius caroleni conveniant, quapropter ab examinatoribus in Ordinibus conferendis de contentis in Christiana doctrina interrogentur, ac ea ignorantes nullo modo admittantur, etsi idonei alias reperiantur; cæteri verò Sacerdotes quandoque interfint, ut laici eorum exemplo excitati frequentiùs ad eandem Doctrinam conveniant.

Ludimagistri singulis hebdomadibus suos respectivè auditores in Doctrina Christiana instituant.

Magister Seminarii, nec non alii Ludimagistri semel saltem in hebdomada eandem privatim doceant; singulis diebus Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei genibus flexis curent à Pueris alta voce recitari, illosque ad Doctrinam Christianam, quæ publicè in Ecclesia explicatur, ad Vesperas solemnes, ad Conciones, & Litanias B. Mariæ Virginis, quæ in Sabbatis cantantur, convenire, & etiam saltem singulis mensibus, & in festis solemnioribus confiteri omnimodè curent.

Sodalitates Doctrinæ Christianæ instituantur cum Indulgētiis Summorum Pōtificum.

Parochi Sodalitatem Doctrinæ Christianæ instituant, vel aliis Confratriis hoc piissimum opus committant; adhibeant tam Laicos, quàm Clericos, quin & pias mulieres, quibus instruendas Puellas tradant, Indulgentias à Gregorio XIII. & Pio V. concessas iis, qui huic operam impenderint, publicent. Demum ut perniciosæ ignorantiæ rerum ad salutem animarum pertinentium occurramus, omnibus, & singulis tàm Curatis, quàm

Con-

Confessariis Secularibus,& Regularibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus,ut antequam cōfessionem rudium audiant, quæ annuæ communioni in Paschate præmittitur, eos Orationem Dominicam,Salutationem Angelicam,Symbolum Fidei, & Decalogum faciant recitare: ignorantes, nobis inconsultis, absolvere nequeant; quod decretum sæpius per annum notificetur. Initio verò Quadragesimę in schedula in valvis Ecclesiæ publicè affigenda,ut ignorantiæ omnis excusatio tollatur.

Confessarii tam Sæculares,quam Regulares interrogent rudes Pænitentes super Doctrina Christiana,& Mysteriis Fidei.

Iidem sic ignari neque ad Matrimonium contrahendum, nec de Sacro fonte levandum, neque ad Confirmationem Patrini adhibeantur.

Fidei Mysteriorū ignari arceātur à matrimonio contrahēdo vel Patrinorum munere fungendo.

De Vsu Librorum.

Libri prohibiti, vel suspensi in novissimo Indice nullo pacto, vel prætextu legantur, vel detineantur, sub pœnis in literis Apostolicis constitutis, & nostro arbitrio.

Usus vel retentio librorū prohibitorum sub pœnis canonicis inhibetur.

Tempore Visitationis tam Laici, quam Clerici Indicem suorum librorum, nisi alias non sint approbati, Visitatoribus tradant, qui diligenter inquirant,quos nam libros pueris interpretētur Ludimagistri, ac severè in eos animadvertent, si illos compererint non servare, quæ de librorum interpetratione sæpius decreta sunt, quod item ad Parochos, ac etiam Vicarios foraneos scrutari maximè pertinet.

Index librorum tradendus Visitatoribus tempore visitationis.

Quæcumque Manuscripta nullus evulget, nisi ab ordinario approbata, & subscripta sint.

Manuscripta nō evulgentur, nisi ab Ordinario approbata.

Libri venales si circumferantur, illos vendere interdicimus, nisi prius Indicem illorum fidelem Vicario nostro Generali,vel foraneo tradant, & licentiam obtinuerint sub pęna amissionis librorum.

Libri venales sine licentia non vendantur.

Libellos famosos edere, vel transcribere, aut divulgare præter illas à Sacris Canonibus, & Summis Pontificibus statutas, excommunicationis latæ sententiæ, & amissionis Beneficiorum pœnis interdicimus.

Excommunicationis Pœna contra edentes, & transcribētes libellos famosos.

Li-

Theologi, & Iuris consulti, & Medici Indicem novissimum librorum prohibitorum habeant.

Librorum prohibitorum Indicem novissimum habeant Theologi, Iurisconsulti, Medicinæ artis, vel aliarum literarum Professores, sed præcipuè Curati.

De Præbenda Theologali, & Sacræ Scripturæ interpetratione.

Interpetratione Sacræ Scripturæ Theologali præbenda insignitus habenda singulis Dominicis curet.

THeologali præbẽda insignitus singulis saltem diebus Dominicis aliquem Sacræ Scripturæ librum ad ejus intelligentiam, atque ad mores instruendos publicè, & in majori Ecclesia exponere teneatur.

Item casuum conscientiæ instructio singulis hebdomadibus habeatur.

Semel saltim in hebdomada juxta Curię præscriptum Casuum conscientiæ tractatum habeat. Quibus lectionibus Ecclesiastici omnes intersint, Chori Punctatores absentes punctare debeant.

Casuum consciẽtiæ conferentiæ ab omnibus Ecclesiasticis subeundæ præsit.

Præsit etiam Casuum Conscientiæ conferentiis, quę ab omnibus Ecclesiasticis fieri debent.

Indicem librorum prohibitorum habeat.

Librorum prohibitorum, & in dies prohibendorum Indicem omnino habere nitatur sub pœna arbitrio nostro, quo examinare, & expurgare aliorum libros valeat.

Nova decreta Romæ edita Theologus prębendatus diligẽter exquirat, & per totam Diœcesim evulget.

Si edita fuerint Romæ Decreta nova ad Clerum universum spectantia, eà curet habere, & in Conventibus Clericorum exponere, atque per totam Diœcesim evulgare.

De Verbi Dei Prædicatione.

Parochi singulis dominicis, & festis solemnioribus verbum Dei prædicare populo satagant.

PRæcipuum Pastorum munus Gregem sibi commissum Divino pascere verbo: Curati igitur, quia Pastores animarum sunt & Coadjutores nostri verbis Apostolicis eruditi in omni patientia, & doctrinâ opportunè, importunè prędicent verbum Dei, arguant, obsecrent, singulis saltem Dominicis, & solemnioribus diebus, Populum non ad pompam, sed opportunis, ac salutaribu erudiant monitis. Imperiti à peritis auxilium petant, si nihil memoriter tenere queant, scripto saltem monita sa-

luta-

futaria tradant: libros hujusmodi officio aptos habeant, & Visitationis tempore ostendant, aliter propriis ipsorum impensis arbitrio Visitatorum emantur. Punctatores in libro punctorum describant, quoties Curati verba ex professo fecerint ad Populum, ut negligentes animarum Pastores pro quolibet mense duos aureos ad minus solvant, nisi ex justa causa defecerint.

Ad curam animarum assumendi Examinatoribus probentur, an pro captu Plebis, ad cujus curam assumuntur, sermocinari norint, propolita ab eisdem materia.

Promovendi ad curam animarũ examinentur super idoneitate sermocinandi.

Concionatores ante, & post Conciones Quadragesimæ ad Nos se conferre debeant, ut professionem fidei emittant (si aliàs non emisissent) ut benedictionem, & sui muneris facultatem obtineant, præcipuè ut peculiares necessitates Populi, ad quem mittuntur, intelligant, ac referant, quod saltem in scripto peragant.

Concionatores sistere se debent coram Episcopo ad Populi necessitatibus providendum.

Iidem sine Ordinarii, vel Vicarii foranei licentia Indulgentias publicare, vel eleemosynas quequomodo petere non valeant.

Concionatores sine licentia Indulgentias non publicent.

Festis diebus, quoad fieri poterit, inter Missarum solemnia Concio habeatur. Adsint omnes Ecclesiastici, sive Dignitates, sive Clerici in proprio habitu, superpelliceo induti, & birreto operti, in scamnis à secularibus sejuncti sedeant. Cæteris diebus Conciones frequentent. Mulieres in Concionibus audiendis sejunctæ à Viris, mediis telis, vel alio sepimento statuantur.

Concio habenda singulis Festis diebus, ad quam omnes Ecclesiastici conveniant.

Fiat separatio sexus in Ecclesiis pro concionibus audiendis.

Qui ex consuetudine, vel alio titulo Concionatores Episcopo præsentant, eos quamprimùm post Pascha eligant, aliàs Adventus tempore eligantur ab Ordinario pro illa vice.

Concionatores eligãtur, & presẽtentur Episcopo post Pascha.

Curati, & Vicarii foranei Concionibus interesse non desint sub pœna arbitrio nostro, ac præcipuè curent, ut Concionatores summa excipiãtur charitate, ac benignitate; victus, & cõsuetæ eleemosynæ libentissimè exhibeantur, ut semota omni sollicitudine, hilari animo, pro animarũ salute labores subeant

Concionatores a Parochis summa charitate recipiantur, & munus suum juxtà Apostolicũ prescriptum expleant.

ant, cum illis de frequentioribus Populi vitiis, & abusibus sedulò agant. Absque sui Superioris, & Episcopi licentia, nec sine fidei professione emissa concionari non permittant, ut Sacram Scripturam catholicè interpretentur, miracula falsa non referant, fabulas infructuosas non recenseant, quæstiones vanas, & dubias vitent, ut in reprehendendis peculiaribus Populi defectibus id agere ex pietatis studio, & odio peccatorum excitati noscantur, Prælatos, & peculiares Personas non carpant. Sine licentia Indulgentias non promulgent, neque eleemosynas petant.

De Blasphemia.

Pœnæ contra Blasphemos indicuntur.

CUm non virtutis amore, sed formidine pœna oderint peccare mali, pœnis in literis Apostolicis Leonis X. & Pii V. statutis contra Blasphemos, severissimè animadvertantur.

De Festis Diebus, & Vigiliis.

Dierum festorum observatio indicitur.

Ad missam audiendam in Parochiali Ecclesia omnes convenire decet.

FIdeles omnes festis diebus ab omni opere servili abstinere, ac Sacrosancto Missæ sacrificio Puellæ etiam nubiles, & Viduæ sub mortali interesse tenentur, ac quo ad fieri possit, accedere debent ad Parochialem Ecclesiam, ut Verbum Dei audiant, & qui dies festi colendi, quæ vigiliæ servandæ, quęve alia jussu Superiorum exequenda, intelligant. Ad Divina (Vesperarum præsertim) Officia, ac Doctrinæ Christianæ institutionem omnes, quo ad poterunt, conveniant, ut omnem peccandi occasionem, & materiam effugiant, & Sacri dies in recolendis Dei beneficiis, eique debitis laudibus persolvendis, traducantur.

Missam audire diebus festis, & a servilibus abstinere, qui negligunt severè plectendi.

Curati, & Vicarii foranei, quorum teniditate, & negligentia in tantum festorum abusum, & contemptum cecidisse non sine magna animi molestia conspicimus, caveant à supremo Judice, etsi judicium nostrum effugiunt: diligenter ergo inquirant

eos

eos, qui ex prava consuetudine sacrum audire, & à servilibus abstinere non curant, ac in eos severè animadvertant severa exactione pœnarum unius aurei pro qualibet vice. Vicarii foranei deputent aliquem vel Clericũ, vel Laicum, qui contra violatores festorum diligenter inquirat, cui quarta pars pœnarum assignetur, si fideliter munus exequatur: licentiam ad servilia exercenda, publica utilitate, vel privata necessitate non exigente, Vicarii foranei non concedant, & tunc post prandium. Mulionibus, & Vectoribus hisce diebus onerare, & ab Oppido discedere non liceat: insuper contractus, executiones, exactiones collectarum, & venditiones interdicimus sub eisdem pœnis: Messis, Vindemiæ, & cæterorum fructuum collectio, quæ dilationem non patitur absque nostra expressa dispensatione, singulis temporibus obtinenda, in diebus festivis fieri non liceat.

Cum pœnæ temporales impositæ pro observãtia, & cultu festorum dierum nihil profecerint, decernimus, quòd qui ex prava consuetudine in his diebus servilia exercent, non absolvantur, nisi facultate obtenta.

Qui ex pravâ consuetudine festos dies colere negligunt non absolvantur.

Itinera sine urgenti necessitate à Vicario foraneo approbata, venationes item etiam in jure permissas Ecclesiasticis omnibus his diebus omnino interdicimus, ut in Choro, ac in divinis Laudibus celebrandis intersint sub pœna unius aurei.

Ecclesiasticis interdicitur itinerari diebus festis, & venationi operam dare.

Teneantur Parochi in Sacristia publicè habere Tabellam dierum festorum, quos vel pręcepto Ecclesiæ, vel publico voto, vel probata consuetudine loci, Populus servare debet, quam etiam Regulares habeant.

Tabella dierum festorum exponenda à Parochis publicè.

Tripudia, saltationes, & choreas festis diebus solemnioribus, videlicet Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, tempore Iubilæi, Adventus, & Quadragesimæ omnino prohibemus sub pœna duorum carolenorum per quemlibet, & pro qualibet vice: in cæteris verò festis etiam illa interdicimus, saltem

Tripudia, & saltationes in diebus festis solemnioribus prohibentur.

dum Divina celebrantur.

Campanæ pulsanda ad indicā. dum sequentem diem Jejunii.

Decretum pluries latum de pulsanda campana Vesperi, pridie quàm jejunādum, innovamus, addita pœna duorum carolenorum Sacristæ minori. Parochi in Dominica præcedenti Vigilias Populum monere non desinant, ac sæpius per annum, præcipuè tamen initio Quadragesimæ de utilitate, & necessitate jejunii verba faciant, cui, ad uberiorem fructum, peccatorum expiatio, temperātia morum, eleemosynarum largitas, orationes, cœteraq; Christianæ Religionis opera jungenda sunt.

De necessitate, & utilitate quadragesimalis Jejunii Parochi ad populum frequenter sermonem habeant.

De Sacrarum Reliquiarum Veneratione, & Custodia.

Custodia sacrārum Reliquiarū sedulò demandatur, lampas ante eas semper ardeat, Officiū de ipsis quotannis celebretur.

SAnctorum pignora Nobis credita ex divina largitate, & certo illorum patrocinio, digno, & debito honore custodire debemus; in conspicuo igitur Ecclesiæ (si tamen tutò) ut fideles illa commodiùs, & frequentiùs venerentur; saltem in Sacrario decentissimo, in loco sericis cooperto reponantur, solida sera, & duplici clave claudantur, quarum una apud Rectorem Ecclesiæ, alia apud nostrum Deputatum maxima cautione asserventur. Ante reliquias insignes luceat diu noctuq; lampas, & juxta Breviarii Romani Rubricas, & Sacræ Rituum Congregationis decretum, Officium, & Missa suo tempore celebretur, in qua die Populo in Altari majori luminaribus saltem duobus accensis adorandæ, & venerandæ exponantur, assistente Sacerdote, vel saltem probatæ vitæ Clerico, superpelliceo induto: cæteræ verò Reliquiæ in diebus tantum solemnioribus exponantur.

Index Sacrarum Reliquiarum habeatur. Item documēta authentica de existentia Sacrarum Reliquiarum in Archivo asservanda transmittantur.

Rectoribus Ecclesiarum mandamus, ut omnium Reliquiarum in suis Ecclesiis reconditarum indicem fidelissimum, additis documentis, & authenticis, quibus constet, ubi, à quo repertæ, vel translatæ sint, saltem traditiones fidelibus testibus probatas, ut in Archivo reponantur, ad nos mittant, latæ sententiæ excommunicatione interdicimus, ne

ne quis temerè sine nostra licentia in scriptis obtinenda illas audeat de una ad aliam Ecclesiam transferre, vel quantam cumque minimam particulam prò se accipere, vel alteri dare, vel consensum præstare, ut alteri detur. Eadem statuimus de iis, qui aliquem norint subripuisse particulas Reliquiarum, & non revelaverint.

Reliquiæ de novo donatæ nullo modo publicè exponantur sine Ordinarii approbatione.

Sanctorum Reliquiæ de novo donatæ à quavis Persona nullo modo publicè exponantur sine approbatione Ordinarii, sub pœna suspensionis.

De Sacramentis in genere.

Sacramenta devotè peragenda Sacris ritibus & præscriptis Cæremoniis.

SAcramenta à Christo Domino instituta ad Divinam gratiam conferendam, quibus homines liberati à servitute peccati, atque de potestate tenebrarum eruti, divinæ consortes naturæ facti transferuntur in Dei lumen, & Regnum, devotè, religiosè, sanctè proinde tractanda sacris Ritibus, & Cæremoniis ex antiqua Apostolorum, & Sanctorum Patrum præscriptis peragenda.

Administraturus Sacramenta corporis, & animæ munditiæ ad ea ministranda accedat. Cæremonias bene calleat.

Non nisi probatus, & ab Ordinario admissus Sacramenta administraturus accedat, lotis manibus, mundis vestibus, tunica talari, superpelliceo mundo, & integro, & stola decenti semper indutus, adhibito saltem uno Clerico, qui pariter sit superpelliceo indutus, prævia ad minus contritione, & qua potest oratione, & meditatione, ut sancta sanctè ministret, & sacramẽta suscepturi uberiorem gratiã consequantur. Crebrò prævideat Cæremonias in novo Rituali Romano præscriptas, à quibus discedere sine peccato nequit; à colloquiis, & salutationibus Sacramenta ministrans omninò abstineat, maturitate incessus, ac gravitate uultus, majestatem divinarum actionum, quas peragit, exprimat; orationes, & preces, & verba præsertim, quæ ad formam pertinent, religiosè, distinctè, ac clarè pronunciet, actualem attentionem, qua fieri potest, habere studeat, & intentionem, ad quod Christus instituit, & Sancta Mater Ecclesia intendit, dirigat.

Ex

Sacramentorum vim, & præstantiam explicare quandoque debet Sacerdos.

Ex præcepto Tridentini Conc. Sacramenta administraturus, quandoque debet astantibus eorum vim, & præstantiam explicare, quod facilè præstare poterit ex Catechismo Romano.

Ab omni labe avaritiæ vel Simoniæ sit alienus, qui Sacramenta administrat.

Ab omni avaritiæ, & Simoniæ suspitione prorsus caveat, ne quid quam exigat pro Sacramentorum administratione, vel directè, vel indirectè petat, sub reatu peccati mortalis, & pœna decem ducatorum, & aliis à Jure statutis, & arbitrio nostro reservatis.

Pœna contra administrantes Sacramenta vestibus sordidis, vel laceris.

Qui maculosis, vel sordibus vestibus, vel non integris in Sacramentorum ministerio pluries deprehensus fuerit, solvat pœnam duorum aureorum, prima verò vice pœna sit arbitrio nostro, cui Rectores, & Vicarii foranei negligentes subjaceant.

Excōmmunicati, & Criminosi ad Sacramentorum administrationē non admittantur.

Interdicti, infames, publici criminosi, excommunicati nullo Sacramentorum ministerio admittantur.

Vascula pro asservandis Sacris Oleis habenda.

Vna quæque Ecclesia Parochialis habeat Sacrorum Oleorum Chrismatis, & Catecumenorum vascula; item duo Extremæ unctionis saltem stānea, nec alibi, quàm in Ecclesia decenti loco asserventur. Quotiescumque Sacra Olea contingere necesse sit, manus mica panis abstergantur, & abluantur, & ablutio in Sacrarium mittatur.

Custodia Tabernaculi Sanctissimæ Eucharistiæ nulli Clerico cōmittenda, sed per ipsum Curatum habenda.

Curatores Ecclesiarum diligentissima cautione custodiant claves Tabernaculi Sanctissimi Sacramenti, Sacrorum Oleorum, ac Fontis baptismalis, nec Clerico ministro illas ullo modo committant, sub pœna arbitrio nostro.

Vasa Sacrorum Oleorū lixivio, & sapone laventur, & novis Oleis acceptis vetera comburantur.

Novis Oleis sacris acceptis vetera comburantur statim, cineres in Sacrarium proiiciantur, nec novis superaddantur; vasa lixivio, & sapone diligenter mundentur, & bene abstergantur.

Fenestella bene aptata pro decenti asservatione Oleorum Sacrorum.

In Sacristia, vel alio decenti, & tuto loco fenestella sericis intrinsecùs, & extrinsecùs cooperta aptetur, bene firmata seris pro Oleorum Sacrorum asservatione.

De

De Baptismo.

BAptismi Sacramentum cæterorum Sacramentorum janua, & vitæ æternæ ostium, sine quo nemo salvari potest, summo studio, ac sedula diligentia administrandum. Parochi igitur diligenter attendant, quæ in Rituali Romano mandantur, ut rectè & ritè tantæ necessitatis Sacramentum administrent.

Parochi in Baptismi collatione probè caveant, quæ in Rituali Romano præscribuntur.

Non priùs baptizare incipiant, quàm certè sciant domi, vigente necessitate, non esse Infantem baptizatum, quod si factum compererint, inquirent, à quo, & qua materia, & forma, & an ritè Sacramentum Baptismi confectum fuerit.

Diligenter inquirant, an Infans fuerit domi baptizatus ob aliquam urgentem necessitatē.

Moneant Parochi, ut quàm primùm Infantes baptizandos ea, qua decet, christiana modestia ad Ecclesiam deferant, ne Sacramentum ad salutem tam necessarium nimiùm differatur; & si domi baptizati fuerint ob imminens periculum ad summum intra novem dies aliæ cæremoniæ, & Ritus in Ecclesia suppleantur.

Infantes Baptizandi modestè deferantur ad Ecclesiam. Cæremoniæ, & Ritus suppleantur in Ecclesia infra spatium novem dierum.

Si Infans ob imminens periculum fuerit domi baptizatus.

Obstetrices à Curatis diligenter instruantur de materia, & forma hujus Sacramenti, ut illud in imminenti mortis periculo administrent: nec sine examine, probatione, & facultate à Vicario foraneo gratis concedenda munus exerceant, sub pœna librarum decem ceræ albæ, piis usibus applicanda.

Obstetrices diligenter instruantur & examinētur a Parochis super materia, & forma Baptismi.

In Baptizandis Monstris, vel Expositis, Parochi Curiam Episcopalem, vel Peritos consulant citra mortis periculum: tunc enim sub conditione baptizari debent.

Curia Episcopalis consulenda pro baptizandis Monstris, & Expositis.

Patrini nisi Confirmati, ac decimum quartum annum agant, & rudimenta fidei optimè norint; etsi rustici fuerint, recitent Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & Decalogum: non admittantur neque Excommunicati, Interdicti, Criminosi publici, Infames, qui præceptum annuæ Cōfessionis, & Communionis eo anno non adimpleverint; qui procuratorio nomine

Qui sint admittendi ad Patrini munus exercendum.

fine licentia Episcopi, nec Monachi cæterique, qui à Sacris Canonibus, ab hujusmodi susceptione arceantur.

Baptisterium cancellis sit septum, & Sacris Imaginibus cohonestatum.

Baptisterium sepiatur cancellis saltem ligneis, decenti conopeo cooperiatur, & desuper apponatur Imago, vel Statua Sācti Ioannis Baptistæ, Christum Dominum baptizantis: Cocleare saltem stanneum adhibeatur ad aquam Baptismi infundendam, si fonti addenda sit aqua, stillando infundatur, ad summum triplo non excedat eam, quæ aderit. Si quis domi, necessitate urgente, vel de licentia Ordinarii baptizandus erit, Aquam Baptismalem (si cōmodè poterit) Sacerdos baptizaturus in ampulla secum afferat.

Sacerdos nonnisi de licentia Ordinarii, vel necessitate urgente domi conferat Sacramentum Baptismi, & tunc secum in ampulla aquam baptismalem deferat.

Minister hujus Sacramenti ordinarius est Parochus, nec alius, nisi de licentia Episcopi, vel propter necessitatem.

Quamvis hujus Sacramenti quilibet Sacerdos sit sufficiens Minister, præcipimus tamen nullum præter Parochum, ejusque adjutorem sine nostra licentia quemquam baptizare posse, sub pœna decē aureorum, urgente verò necessitate, dignior, qui aderit sive Vir, sive Mulier semper ministret, præsentibus ad minus duobus testibus, qui denunciare possint, quod actum est.

Liber Baptizatorum distinctus ab aliis habeatur.

Liber Baptizatorum distinctus ab aliis teneatur, in quo Parentum, Patrinorum, Baptizati, Loci, & Ecclesiæ nomina, dies, & annus notentur, ad summum post octo dies sub pœna duorum aureorum.

De Confirmatione.

Sacramentum Confirmationis regulariter conferendum in S. Visitatione.

CVm Confirmationis Sacramentum, quo Spiritus Sanctus fidelium cordibus infunditur, & novo virtutis robore milites Christi adversus nequissimas Potestates armantur, conferendum erit quod regulariter in Visitatione peragemus. Animarum Curatores in præcedentibus Dominicis hujus Sacramenti dignitatem, & præstantiam, ac uberes fructus Populo explicent, ad illud devotè, & reverenter suscipiendum hortentur, doli capaces Confessionem Sacramentalem præmittant. Doceant item, quàm graviter peccari, si iteretur hoc

Parochi instruant populum de ejus præstantia, & effectibus.

Sacra-

Sacramentum; ſicut ſi in contemptum omittatur; vel cum conſcientia peccati mortalis ſuſcipiatur.

Pueri ante quinquennium, vel alterius diæceſis ſine ſui ordinarii licentia a Suſceptione confirmationis arceantur.

Pueris non quinquennis, vel alterius Diœceſis ſine Ordinarii ſui facultate accedere prohibemus. Ne feminæ Viros, neque Viri feminas, neque adoleſcentes Seniores ſuſcipiant, neque qui in Baptiſmo Patrini eſſe nequeunt.

Parochi redigant in unum locum confirmãdos, ita ut ſit diviſio ſexus.

Parochi omnes confirmandos, & qui eos ſuſcepturi ſunt, in unum locum redigant, Mares, & feminas ſeorſum ſtatuant, ut illi primum, deinde iſtæ cum ſilentio ſine confuſione accedant: moneant præterea, quòd nullus alios præire audeat, ſe invicem omnes expectent; ſine benedictione Epiſcopali non diſcedant, ac de affinitate ſpirituali contrahenda Confirmatorum, Parentum, & Compatrum nomina in libro ſeparato deſcribant, ſub pœna duorum aureorum: ipſi etiam vittas, & ligulas, quibus frontis Confirmatorum ligatæ fuerunt, igni tradant, & cineres in Sacrarium immittantur.

Parentes vel tutores moneant infantes de ſuſcepto Confirmationis Sacramento.

Si aliquando ob aliquam juſtam cauſam ante expletum quinquēnium Pueri confirmati fuerint, moneantur Parentes, vel Tutores, ut ætate procedente, illos de ſuſcepto Confirmationis Sacramento certiores faciant, ne ipſis mortuis ulla dubitatio oriatur.

Mutetur Nomen Turpe, vel ridiculum.

Si quis turpe, vel ridiculum Nomen habeat, mutet in alicujus Sancti, ut etiam nomine tranſeat in novam creaturam.

Graviter ægrotantes & non confirmati confirmentur ab Epiſcopo.

Si quis periculosè ægrotans Confirmatum non eſſe meminerit, curet Parochus, ut Epiſcopus charitate paterna illum ritè confirmet, quod etiam præſtabitur Infantibus uſum rationis habentibus; de quibus verò probabiliter dubitatur, an ſint confirmati, conſulatur Epiſcopus.

De Pœnitentiæ Sacramento.

Confeſſarius ad confeſſiones audiendas præparetur brevi mentis

SAcerdos ad Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrandum accedens, nihil ſibi conſcius, ſe primùm Deo, tum ſibi iniunctum munus brevi

 men-

ad Deum elevatione.

mentis elevatione commendans, si tempus ferat; aliquantulum genibus flexis oret Omnipotentem Deum, ut sibi ad judicandum Sapientiam, ad medendum consilium, ad miserandum pietatem, & pœnitentibus cor contritum largiri dignetur.

Confessarii Superpelliceo, & Stola violacea induti audiant Confessiones.

Confessiones in Sedibus designatis tanquam Judex cooperto capite pro Tribunali sedens excipiat super pelliceo, ac stola violacea indutus, præcipuè cum Populus ad pœnitentiæ Sacramentũ confluit.

Confessarius quo modo se gerere debeat cum suis Pænitentibus.

Pœnitentes benignè excipiat, jubeat arma deponere (si ferant) ac mentis, & corporis humilitate ad tantum Sacramentum accedere paternè moneat; Confessionem generalem præmittat, rudes de rudimentis fidei interroget, ac de aliis ad salutem scitu necessariis (prout tempus concesserit) instruat. Opportunas correctiones paterna charitate ad vitæ emendationem adhibeat, ac nisi eos redire visum fuerit, convenienti pœnitentia imposita, cum absolutione dimittat.

Pænitentes non irruant super confessionale ut sic periculum evitetur audiendi peccata confitentium.

Gravi occurrentes abusui, præcipimus Parochis, & Confessariis, quòd severissimè animadvertant in mulieres præcipuè, quæ in actu Cõfitentes irruere non verentur cum evidenti periculo, quod peccata, quæ confitentur, audiantur: a Confessionali, convenienti spatio distare præcipiant, apposito sepimento, vel scamno, si necesse fuerit. Id Parochi, & Concionatores arguant sæpius, ut eliminetur omnino.

Consuetudinarii non absolvantur. Restitutio famæ & pecuniæ præmittenda absolutioni.

Consuetudinarii, & qui in peccatis sorduerunt, non absolvantur sine spe emendationis certa: famæ, & pecuniæ restitutio absolutioni præmittatur, maxime si à priori Confessario injuncta fuerit: & qui in crastinum Feriæ V. in Cœna Domini, & Paschæ confessionem annuam distulerunt, illis diebus audiantur.

Pænitentiæ Canonicæ memorentur pænitentibus.

Confessarii inter confitendum Pœnitentibus sæpius memorent severas pœnitentias à Sacris Canonibus pœnitentialibus impositas, unde norint gravitatem peccatorum, quæ ipsi admiserint.

Caveant Confessarii tam Regulares, quàm Secu-

culares sub pœna suspensionis pœnitentias pecuniarias pœnitentibus ob commutationem voti, vel ob aliam rationabilem causam impositas, nullo modo applicare, vel ipsi distribuere. Si aliquid intuitu Confessionis petant, vel accipiant etiam pro Missis satisfaciendis, vel sub nomine mutui, ipso facto sint suspensi.

Pœnitentiæ pecuniariæ nō imponendæ a Confessariis.

Confessionalia in patenti loco statuantur, & in unaquaque Parochia sint saltem duæ Sellæ, in quibus tabella dividat Confessarium à Pœnitente, citra ægritudinis casum, vel alicujus rationabilis causæ ab Ordinario approbatæ. Confessiones Mulierum domi non audiantur, in Ecclesia verò non ante ortum, nec post occasum solis, vel extra Confessionale, si aderit, vel commode differri poterit confessio, sub pœna suspensionis tam Regularibus, quàm Secularibus. Adultorum confessiones ante ortum, & post occasum excipere liceat, dummodo candelæ, & lucernæ accendantur in Ecclesia.

Confessionalia sint in loco patenti, nec domi audiantur confessiones, nisi infirmitatis causa.

Confessiones nō excipiendæ in Ecclesia ante ortum nec post occasum Solis.

Cum domi Mulierum audiuntur Confessiones, cubiculi fores pateant, & domesticorum aliquis vel saltem modestus Confessarii Socius pro decentia status adsit, qui Pœnitentem, & Confessarium prospiciat juxta Canones. Cum Mulieribus quidem piis sit sermo semper brevis, & asper; de rebus ad Confessionem non pertinentibus nunquam in Confessione loquendum. Ubi Tabula Confessarium à Pœnitente non dividit, manus interponatur inter faciem propriam, & Confitentem, qui semper ad latus stare debet.

Ægrotantium mulierum Confessiones quomodo domi excipiendæ?

Confessarii vocati ad confessiones audiendas, nisi iuste impediti, statim adeant; alias punctentur, ac si per biduum à Choro abfuissent.

Confessarii statim accedant ad confessiones audiendas.

Parochi adhibita Concionatorum opera, sæpius, præcipuè in Quadragesima, moneant fideles omnes, qui saltem semel in anno proprio Parocho peccata sua confiteri tenentur, ne sui Sacerdotis effugiant iudicium, neve ad ignotos dolosè in suarum animarum perniciem accedant, & si malitiosè ad alienæ Diœcesis Confessarios accesserint, tan-

Parochiani saltem semel in Anno proprio Parocho sua peccata confiteantur.

quam inconfessis Sacramentum Eucharistiæ sacrosanctum non administrent. Curent etiam, ut Decreta Summorum Pontificum, quibus Medici post tertium diem à morbo ad ægrotum accedere prohibentur, nisi approbato Confessario peccata devotè confiteatur, & ipsis Medicis cum comminatione excommunicationis, & ipsis ægrotis nota fiant.

Medici post tertium diem ad ægrotos accedere prohibentur nisi ægri peccata sua confiteantur.

Casus sub pœna excommunicationis prohibiti, & alii in præsenti Synodo reservati, ac alii, qui obcontumaciam nequeunt absolvi, ad majorem notitiam bis in anno vz. in festo omnium Sanctorum, & in feria V. in Cœna Domini, vel in Dominica Passionis inter Missarum solemnia, in majori frequentia, populo evulgentur, ac in Sacristia in publica tabella apponantur. Legatur item semel Bulla Cœnæ in una ex Dominicis Quadragesimæ.

Casus reservati, & quibus ex communicatio est annexa bis in anno evulgentur.

De Approbatione Confessariorum.

Sacerdotes ad sacras Confessiones audiendas ne ad breve quidem tempus admittantur, nisi de doctrina, prudentia, probitate vitæ, & morum honestate clarissimè constiterit; & si Regulares fuerint, testimonio, & literis suorum Superiorum sint probati.

Sacerdotes nisi prævio examine, ad confessiones audiendas non admittantur.

Confessarii ad munus exercendum non accedant, nisi obtenta in scriptis licentia, quæ non amplius quam ad sex menses regulariter concedatur, sicuti non nisi post trigesimum quintum annum ad Mulierum confessiones admittentur, nisi vitæ, ac morum probitas, Ecclesiarumque necessitas aliter statuendum cogant.

Licentia pro audiendis confessionibus in Scriptis tradenda ad 6. menses.

Confessarii pro mulierum confessionibus audiendis regulariter 35. annum excedant.

Confessarii seculares ad minus Instructionem Toleti, Manuale Navarri, Bullam Cœnæ cum Casibus Episcopalibus habeant, sub pœna duorum aureorum.

Libri qui habendi a Confessariis.

Qui prima vice examini ad confessiones se se exponunt, interrogentur diligentissimè ab Examinatoribus, ac solutiones, & responsiones capitum infra notandorum, quæ bo. me. Federicus sancivit, omnino scire teneantur.

Quæ scire debent admittendi ad confessiones excipiendas.

Ap-

Approbatus in una Parochia, Confessiones in alia non audiat, inconsulto Episcopo, & proprio Parocho.

Approbatus pro una Parecia non audiat confessiones in alia sine licentia.

Confessarii habeant omnes casus Summo Pontifici, & Episcopis, quavis ratione de jure, & de facto reservatos, ne ab his absolvere audentes, excommunicationem Sedi Apostolicæ reservatam ex Constitutione Clementis 8. & Pauli 5. incurrant.

Confessarii probe calleant casus reservatos nec sine licentia audeant ab illis absolvere.

Casus reservati sunt v3.

Nota casuum reservatorum &c.

1. Homicidium voluntarium.

2. Artes magicas, Veneficia, & alias Superstitiones committentes, & in his committendis utuntur, sive abutuntur Sacramentis, vel Sacramentalibus cum excommunicatione annexa.

3 Blasphemantes Deum, & Beatam Virginem ac etiam Sanctos, si de consuetudine.

4 Deponentes falsum in judicio.

5 Non solventes Decimas integras Ecclesiis, & etiam aliis personis Ecclesiasticis debitas tàm de jure, quàm de consuetudine, vel illas quoquo modo fraudantes, vel cum Partitoribus paciscentes cum excommunicatione annexa.

Notarii, qui legata ad pias causas facta, infra mensem non denunciaverint Curatis, vel Vicariis foraneis cum Excommunione annexa.

6 Auferentes ab Archiviis Scripturas sine licentia, vel illas indebitè retinentes cum excommunicatione annexa.

7. Sponsi, habentes copulam carnalem ante matrimonium contractum, & ratum in faciem Ecclesiæ, eorumque affines, vel consanguinei id permittentes, vel non prohibentes cum possint.

8 Committentes incestum in primo, & secundo Cognationis gradu, affinitatis, vel consanguinitatis, quoad homines tantùm cum Excomunicatione annexa.

9 Abortum procurantes.

10 Tertia vice cum eadem fornicantes infra duos Menses, nisi per sex menses abstinuerint.

11. So-

11 Sodomiam exercentes cum Masculis, & fœminis.

12 Committentes bestialitatem cum Brutis.

13 Incendiarii omnes, & incidentes vites, & arbores fructiferas cum Excomunicatione annexa.

14 Ignorantes Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, & Decalogum.

15 Detinentes Scripturas publicas, vel privatas, ad bona Ecclesiæ & piorum locorum pertinentes.

16 Non revelantes post triduum Hæreticos, vel de hæresi suspectos, vel verba hæreticalia proferentes, vel legentes, aut tenentes libros Hæreticorum prohibitos cum Excomunicatione annexa.

17 Maleficos, vel Maleficas consulentes ad destruendum maleficium, medio alio maleficio, etiam effectu non secuto, & ipsos, vel ipsas non revelantes, vel remediis superstitiosis, & non probatis ad solvenda maleficia utentes, cum Excommunicatione annexa.

18 Tabernarii, & Caupones, & qui præsunt hospitiis, meretrices ad quæstum retinentes.

19 Cum Monialibus sine licentia alloquentes, vel circa Monasterii mœnia cantantes, aut instrumenta musica pulsantes, cum Excommunicatione annexa. Quod in Oppido Cælentiæ tantum evulgabitur.

Tabulæ horum Casuum reservatorum in quolibet Confessionali affigantur.

Casus reservati quibus annexa est excommunicatio.

Casus, quibus in Synodo annexa est excommunicatio, ad majorem notitiam populo evulgandi statis diebus, & cum casibus reservatis in Sacristia affigendi.

OFficiales nostræ Curiæ, intuitu officii, aliquid accipientes, vel ultra Pandectam exigentes.

Curiæ inservientes re, vel verbis offendentes.

Gabellas, vel communes collectas ab Ecclesiasticis

eis exigentes tam Sindici, quam exactores, aliique Ministri, ultra censuras Sedi Apostolicę reservatas.

Exhumantes, vel humantes cadavera in locis Sacris sine licentia.

Sacras reliquias surripientes, asportantes etiam in minima particula, vel illos infra triduum non revelantes.

Libellos famosos edentes, vel trascribentes, vel divulgantes.

Ecclesiarum suppellectili ad usum domesticum, vel profanum utentes.

Non revelantes impedimenta Matrimonii, & quoties edicta emanantur. Hi omnes casus habent excomunicationem annexam.

Evulgentur, & affigantur eodem modo sequentes casus, qui in Sinodo maxime caveri jubentur & absolvi nequeunt, nisi cum clausulis appositis.

Casus reservati de quibus absolutio fieri nequit nisi cum Clausulis appositis.

OBstetrices non approbatæ munus exercentes ante approbationem.

Medici tertia vice ægrotos non confessos visitantes, nisi de devotione, ac pietate infirmorum clarè constet.

Intrantes Sponsarum Domus cum periculo copulæ, ante benedictionem, nisi abstineant.

Matres, vel Nutrices sine aliquo sepimento cum infantibus in eodem lecto cubantes ante annum.

Qui Confessionem annuam in Crastinum Feriæ V. in Cœna Domini, vel Paschæ distulerunt, his diebus non audiantur.

Parentes, qui negligunt ex consnetudine filios ad Doctrinam Christianam mittere, nisi emendentur.

Ex consuetudine festa non servantes, nisi extrema paupertas excuset

Non revelantes blasphemantes, Concubinarios, vel alios turpiter viventes, nisi revelent Curato,

vel

vel Vicario foraneo saltem tanquam Patri.

Mulieres quando Confessionali tam pertinaciter appropinquantur, ut facilè audire confitentium peccata possint

Malitiosè effugientes proprium Confessarium.

Consuetudinarii, & restitutioni famæ, & pecuniarum obnoxii.

In Ecclesia irreverenter degentes ex consuetudine, & cum scandalo.

Indicem librorum alias non approbatorum Visitatoribus non præsentantes, vel libros prohibitos scienter detinentes.

Elapso anno novos Officiales Confraternitatis non eligentes, vel ii ad quos spectat electores non convocantes nisi facta electione.

Casus reservati pro Ecclesiasticis &c.

Casus reservati Ecclesiasticis tantum evulgandi, & in Sacristia affigendi.

Absolvere audentes a Casibus Summo Pontifici, & Episcopo reservatis ipso facto excommunicati.

Vicarii foranei delinquentium informationes non suscipientes cum excommunicatione annexa, & observantiæ festorum non invigilantes, aut res graves Episcopo non deferentes.

Novas Reliquias Sanctorum ab Ordinario non approbatas publicè exponentes cum suspensione.

Punctatores ex modo præscripto munus non obeuntes.

Taxillis, vel aleis pecunia notabili unius aurei ludentes, & suspectarum Mulierum Domos frequentantes.

In Sacramentorum administratione directè, vel indirectè aliquid petentes, ultra consuetudinem approbatam.

Accipientes à Pœnitentibus in actu Confessionis, vel intuitu ejusdem, cum suspensione.

Tradentes Sacramenta, vel Sacramentalia extra usum

usum ab Ecclesia præscriptum cum excommunicatione annexa.

Concubinarios sive publicos, sive secretos cum Excommunicatione annexa.

Confessiones mulierum excipientes extra Confessionale, nisi id urgens necessitas, & frequentia Populi ad Communionem cogant.

Pia Legata ad aures facta in proprios usus convertentes cum excommunicatione annexa.

Donationes falsas admittentes, vel ad titulum patrimonii præsentantes.

Missas non celebratas in libro Missarum notantes cum suspensione.

Tradentes Evangelium deosculandum Dominis Sæcularibus cum suspensione.

Ad Confessiones audiendas admittendi de infrascriptis interrogentur.

Admittendi ad confessiones audiendas, super quibus interrogandi.

DE Sacramenti Pœnitentiæ necessitate?
Quare institutum sit?
Quæ hujus Sacramenti materia?
Quæ forma?
Qui illius effectus?
Qui Minister?
Quæ Conditiones in eo requirantur?
Quæ regulę ad dignoscendum mortale à veniali?
Quæ Pœnitentis partes?
Quid Contritio, & quomodo ab Attritione distinguatur?
Quæ ad veram Contritionem necessaria?
Quæ Contritionis utilitas?
Qua quisque ratione ad Contritionem exerceri possit?
Quæ signa sint veræ Contritionis?
Quæ Confessionis natura sit, atque substantia?
An diligenter inquirere sciat, & peccatoris, & peccati circumstantias?
Quæ mutent speciem peccati, & quæ in Confessione explicanda sint?

Quæ peccata reſtitutionem expoſtulent?
Quæ radices, & Cauſæ reſtitutionis?
An dubios, & ſuſpectos Contractus noverit?
An ſaltem ſciat dubitare, & Conſulere peritos?
Quibus Criminibus annexæ ſunt cenſuræ; an item illarum peritiam, & vim teneant?
An ſciāt Caſus, in quibus irregularitas cōtrahitur?
Qui ritus, & Cæremoniæ Confeſſionis?
Quæ Conditiones neceſſariæ?
Qui ordo Confitendi?
Quando quis ſtatim Confiteri, & iterare Confeſſionem debeat?
Quæ Satiſfactionis partes?
Quis Satiſfactionis finis?
Qui fructus, & quæ utilitas Satiſfactionis?
Quæ in Satiſfactione requirantur?
Qualis, & quanta pœnitentia imponi debeat?
An ſalutares, & Convenientes Satiſfactiones pro gravitate Criminum, & facultate pœnitentium injungere ſciant?
Quæ Abſolutionis formula?
Quis Ordo ſervandus in abſolvendo, tam à peccatis, quam à cenſuris?
Quæ vis, & quanta ſigilli, & quæ ſub illo cadunt?
Qui caſus Summo Pontifici ſint reſervati?
Qui Caſus ſint Epiſcopo reſervati tam à Jure, quam ex particulari reſervatione?

De Eucariſtia, ejuſque Cuſtodia, & adminiſtratione.

In Eccleſiis Majoribus SS. Euchariſtiæ Sacramentum aſſervandum.

VT Supremo Numini ex nimia charitate inter nos degenti debitum ſervitutis obſequium præſtemus, ſtatuimus, ut in Matricibus tantum Eccleſiis Majori, quò fieri poteſt Cultu, ac pietatis, & religionis ſtudio, hoc diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, fontem, auctoremque gratiarum Continens aſſervetur. Tabernaculum ſub Vmbella in Altari Majori, niſi ab Epiſcopalibus functionibus ſit impeditum, quo fieri poterit ornatius, bene ſeptum, ac munitum ſtatuatur, pan-

Tabernaculum pro Euchariſtiæ Sacramētum in Altari majori, niſi Epiſcopalibus functionibus impediatur.

panno ferico albo intrinfecus, conopeo decenti extrinfecùs contectum, in inferiori parte intrinfecùs mundũ Corporale habeat explicatum. Oftiolum fit ità latum, & aptum, ut impedimento non fit Sacerdoti Pyxidem educenti, nec fuper Altare neceffe fit afcendere. Nullæ in eo reliquiæ, vel Sacra olea, nec etiam vafa vacua afferventur, nec fub eo armarium ullum. Seræ, & claves firmæ fint, fe junctæ ab aliis clavibus, nec ipfis Clericis committendæ fub pæna arbitrio noftro.

Reliquiæ, vel Sacra Olea, vel quidpiam aliud in Tabernaculo non afferventur.

Quinque faltem Particulæ confecratæ conferventur in Pyxide, octavo quoque die renovãdæ ex Concilio Lateranenfi, quæ forma rotunda Inftrumento ad id apto, & non aliter exeidantur; antequam confecrentur fragmenta diligentiffimè requirantur.

Saltem quinque Particulæ confecratæ confervẽtur in Pyxide octavo quoque die renovandæ funt Particulæ in Pyxide.

Vna quæque Parochialis duas habeat Pyxides argenteas, intrinfecùs tamen deauratas, velis, vel cònopeis parvis argenteis, vel aureis adminus fericis decenter contegendas, quarum una femper remaneat in Tabernaculo, altera ad Sacramentum ad ægrotos deferendum deferviat. Pyxides nullo paruulo Corporali intrinfecùs circumveftiantur.

Ecclefiæ Parochiales duas Pyxides habeant quarũ una femper fit in Tabernaculo, altera ad infirmos deferatur.

Lampades die, noctuque colluceant fub pæna Parochis & Sacriftis, fi quando deficiant eorum negligentia, arbitrio noftro, feverè infligenda; Singulis hebdomadibus lampades abftergantur, & aqua m fida apponatur.

Lampades die noctuque colluceant ante SS. Sacramẽtum in Ecclefia, & fingulis Hebdomadibus abftergantur.

Hoftias majores ad Miffas celebrandas in vafculo lamina plumbea ferico contecta compreffæ conferventur. Hoftiæ minores in alio vafculo cum operculo cuftodiantur, quæ nunquam in alia quàm in propria tabula, ad hoc munus cuftodita & apta excidantur fub pœna duorum carolenorum tàm minori, quàm majori Sacriftæ, fi id prætermiferint.

Hoftiæ majores pro Miffa celebranda, quomodo confervãdæ.

Minores verò pro cõmunione fidelium quomodo excidendæ, & cuftodiendæ.

Parochi omni ftudio incumbant, ut Chrifti fideles intelligant, quàm frequenter, & quàm devotè, & reverenter ad Sacram Euchariftiam fufcipiendam accedere teneantur, ac in diebus folemnioribus id cre-

Parochi inftruant fideles circa frequentiam ad recipiẽdum Euchariftiæ Sacramentum.

crebris exhortationibus ſuadeant, & inculcent ſaltem, ut annuæ Communionis præceptum in Paſchate, & in propria Parochia non differant, pœnaſque a ſacris Canon. conſtitutas acriter minentur.

Parochi poſt octavam Paſchę inquirant, utrum ab omnibus fidelibus eorũ curę cõmiſſis ſatisfactum ſit pręcepto annuæ Communionis, & deferant Curiæ Epiſcopali.

Poſt Octavam Paſchæ inquirant, & animadvertant in eos, qui hujuſmodi præcepta non adimpleverint, & ſi moniti infra octo dies non paruerint, ad Curiam Epiſcopalem inviolabiliter nominatim excommunicandi deferantur, ſub pœna decem aureorum; illoſque moneant, unica pro trina monitione ſufficiente, ut infrà ſex dierum ſpatium comparere debeant ad dicendum cauſam quare &c. aliàs per totam Diœceſim Cædulones affigantur, & feſtis diebus in majori frequentia Populi promulgabuntur, donec reſipuerint.

Qui alibi præceptum Paſchale adimpleverit ob diſceſſum è propria domo, cum redierit oſtẽdat literas teſtimoniales proprio Parocho.

Cum quis Domum petierit, Pœnitentiæ ſacramentalis, & Euchariſtię ſumptionis literas teſtimoniales ſuo Parocho oſtendat, aliàs adnumeretur inter eos, qui præceptum non adimpleverint. Id etiam obſervandum cum diverſa domicilia habentibus, ſi Parocho, in cujus Parochia ſolet frequentiùs agere, cedulas non oſtendat adimpleti præcepti Teſtimoniales.

Diverſa domicilia habentes, Parocho, in cujus Parochia ſolent frequentiùs agere, oſtendant ſchedulã adimpleti Præcepti.

Parochi, & Confeſſarii a ſacra menſa publicos peccatores repellant.

Noverint Confeſſarii, & Curati, Sanguinem Domini de manibus eorum exquirendum, ſi canes, ſi indignos, conſuetudinarios, blaſphemos, aleatores, uſurarios, criminatos, & cæteros hujuſmodi ab hac menſa non repellant.

Parochi per ſe tẽpore Paſchatis Euchariſtiæ Sacramentum administrent.

Parochi, quorum ſit in Paſchate Euchariſtiam miniſtrare, ne alios Sacerdotes ſine noſtra licentia adhibeant.

Sine confuſione accedendum ad Euchariſtiam.

Maximè curent, ut ad ſacram Communionem accedat Populus ſine confuſione, & tumultu, uti ſæpius, cum magna tanti Sacramenti irreverentia, vidimus.

Accedentes ad ſumendam ſacram Euchariſtiam quomodo componendi?

Acriter moneant, ne accedentes ſe comprimant nec præire ante alios geſtiant, ſed cum devotione, & modeſtia invicem ſe expectent, nec ab Eccleſia, & ab oratione diſcedant; qui Euchariſtiam ſuſceperunt, cum in gratiarum actione aliquid temporis expendere debeant. Cir-

Circa Altare statuantur scamna Tobaleis cooperta, dum sanctissima Eucharistia ministratur, omnes adsint genuflexi, nec alius circulus communicantium incipiatur, donec iterùm omnes magna devotione, & silentio genuflectant.

Sacerdotes omnes invigilent, ac sedulò observent, quomodo tàm admirabile Sacramentum ipsi perficiant, & quibus Cæremoniis aliis sumendum tradant, ne quid minimi erroris culpabili ignorantia committant. Sacerdotes administrantes sacram Eucharistiam sedulò invigilent sacris cæremoniis.

Si aliqua Particula delabatur in Terram, vel super Tobaleam, signetur locus mox radendus, vel abluendus, & cineres, & ablutio in Sacrarium immittantur. Quid faciendum si aliqua Particula consecrata delabatur in terram.

In purificando populo calice non utantur.

A Dominica in ramis Palmarum, usq; ad Dominicam in Albis inclusivè quocumque die adimpleri præceptum posse notificetur. Præceptum Cõmunionis Paschalis a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè adimpleri posse notificetur.

De Sacra Eucharistia ad ægrotos deferenda.

DAto cum Campana signo, quo Confratres, & Populus ad associandum sanctissimum Viaticum conveniãt, octo ex Diaconibus, & Subdiaconibus, & Clericis superpelliceis induti adsint, quorum quatuor digniores hastas Baldachini deferant, alii duo præcedant, cæteri subsequantur. Modus præscribitur deferendi Eucharistiam ad ægrotantes. Archipræsbyteri Tabellam faciendam curabunt, in qua per menses, vel per hebdomadas, qui convenire, & inservire tenentur distinctè notentur: ubi verò minor Clericorum aderit numerus, omnes convenire debent sub pœna duorum carolenorum pro qualibet vice, & aliis ad nostrum arbitrium pro gravitate, negligentia usquè ad suspensionem Beneficiorum, & privationem Clericatus. Tabella conficienda eorũ, qui per menses, vel per hebdomadas inservire debent processioni Eucharistiæ ad infirmos deferendæ.

Curati, & Vicarii, ad Nos deferre debeant quinam Clerici inservire negligant sub pœna arbitrio nostro. Clerici negligẽtes significentur a Parochis Episcopo.

Summa cum veneratione, & Psalmorum decantatione sacra deferatur Eucharistia, præcedente sem- Summa veneratio cum psalmorum

rum decantatione, dum ad infirmos Eucharistia defertur.

semper Campanula. Minister superpelliceo, stola, pluviali, vel aliqua serica Cappula decentis coloris indutus, per Oppidum sub umbella cum quatuor hastis: ad loca verò difficiliora sub minori umbella uno hastili sub ducta, ad minus duo Lanternæ, ac duæ faces semper adsint, ac Ritus, & Cæremoniæ in Rituali præscriptæ eundo, & redeundo ad unguem observentur. Sanctissimo Viatico obviam occurrentes, præcipuè Sacerdotes, & Clerici, nisi urgenti negotio impediti, processionem eundo, ac redeundo comitari debeant.

Quomodo aptanda domus infirmi, dum ad ipsum deferenda est Eucharistia, & quid agendū dum sacra Synaxis ipsi exhibetur.

**Hodie nō est in usu, nec in Rituali exprimitur Crucem ponere.*

Domus Ægrotantis mundetur, profana, & indigna abiiciantur; in cubiculo infirmi præparetur mensa linteis, saltem candidis cooperta, cum Cruce, & duabus Candelis accensis ad reponendum sacrum Viaticum, dum Sacerdos super infirmum Orationes, & preces consuetas recitat, ac paucis, piisque verbis ad devotè Sacramentum suscipiendum hortatur.

Corpus Domini nostri Jesu Christi ad infirmos deferatur ab ipsis met Parochis nisi sint legitimè impediti.

Parochi, nisi justa causa impediti, Corpus Domini ad ægrotos ipsi deferent: citra grave mortis periculum, nec noctu, neve à prandio, afferant, ad loca asperiora unam tantùm particulam deferant, indumenta sacra redeundo deponant.

Ægrotis timētibus periculum vomitus potest deferri Eucharistia, ut adoretur.

** Deferre tamen adorandum prohibet Rituale Romanum.*

Ægrotis Sacramentum Eucharistiæ sumere non valentibus, eò quòd timeatur vomitus, si humiliter, ac devotè petant, deferatur tantùm adorandum, atque benedicantur, maximè si alius ægrotus erit Communionem sumpturus.

Infantibus, & Confirmatis potest in mortis articulo administrari Eucharistia, si instructi de eius præstantia, & dignitate.

Infantibus usum rationis habentibus, & Confirmatis in mortis articulo deferatur, curent tamen Parochi illos de dignitate, ac præstantia tanti Sacramenti, quo modo possint, instruere.

Eucharistiæ Sacramentum ab infirmis recipiēdum, non solùm per modū Viatici, sed etiam devotionis causa.

Non solùm ad modum Viatici in mortis periculo, sed etiam devotionis causa, sæpè v. g. quinto decimo quoque die, maximè in solemnitatibus, & omninò in festo Paschæ infirmi, præsertim Ecclesiastici Sacram Eucharistiam sumere possunt, ac debent.

Clericus Sacrum Viaticum sumpturus Superpel-

pellieeo induatur, ac stola, si Sacerdos, si commodè fieri poterit.

Clerici Sacrum Viaticum sumpturi induantur superpelliceo, imo & stola si fuerit Sacerdos, & commodè fieri possit.

De Oratione XXXX. Horarum.

ORatio Quadraginta Horarum sine gravi, & urgenti causa, ac sine licentia Episcopi, vel generalis Vicarii celebrari non debet, ut verò hujusmodi sacra actio digne fiat in Altari Majori exponatur Sanctissimum Sacramentum in Tabernaculo, quo in festo Corporis Christi defertur, per lucido Vitro, vel Christallo, ita, ut tota hostia ab omnibus prospici possit. Altare majus solemni apparatu ornetur cum Candelabris pro luminibus substinendis, adhibitis vasculis cum floribus. Cætera Altaria, & parietes Ecclesiæ decenter ornentur. Populus in præcedenti festo admoneatur. In ipsa die Campanis solemniter pulsatis convocetur, dicatur Missa de Sacramento, fiat processio per Ecclesiam, post processionem Sacramentum reponatur in medio Altaris in loco elevato, sub parvo Baldacchino, velis prætiosis, hinc indè, & à posteriori parte pendentibus.

Oratio 40. horarum non habenda, absque Episcopi, vel ejus Vicarii licentia.

Modus præscribitur, quo exponi debet sac. Eucharistiæ pro oratione Quadraginta horarum.

Sacramento exposito, duo Sacerdotes cum stolis, vel duo Clerici cum superpelliceis, aut saltem duo Cõfratres societatis Corporis Christi albis induti, genuflexi assistant, & singulæ familiæ Parochiæ per schedulas invitatæ, horis suis ad Orationem conveniant, quibus elapsis signo Campanę alii vocentur, mares, & fœminæ sejunctæ orēt.

Quinam assistere debeant Sacramento Eucharistiæ exposito.

Durante oratione, nemo laicus Præsbyterium ingrediatur, Sodales Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti ad extinguendos, vel accendendos Cereos admissi, *sint albis induti*, Clerici superpelliceis sub pœna duorum Carolenorum semper ministrent.

Laicis interdicitur ingressus in Presbyterium durante oratione quadraginta horarum.

Adstantes in Choro ad Horas Canonicas, sint semper aperto Capite, sermones breves, & devoti, quoad fieri poterit, habeantur, ubi frequens est populus, vel aliqua pia lectione suppleatur, insi-

Dum Horæ Canonicæ in Choro persolventur sint capite discoperto psallentes.

ne

Fiat processio,& benedicatur populus in fine.

ne Orationis, si commodè fieri poterit, fiat, pro: ut in principio,processio:benedicatur Popnlus, & reponatur Sacramentum, janua Tabernaculi diligenter purificetur, & purificatorio abstergatur.

Claudatur Ecclesia,& reponatur secretè Sanctissimũ Sacramentum post Primam noctis horam.

Post primam noctis horam ad summum claudatur Ecclesia, & secretè Sanctissimum Sacramentum reponatur; manè antequam fores Eclesiæ aperiantur eodem modo in Altari exponatur.

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponendum in Ecclesiis matricibus ad missam maiorem,& vesperas solemnes per octavã Corporis Christi.

In Ecclesiis Matricibus per octavam Corporis Christi, dum cantantur Missa, & Vesperæ solemnes Sactissimum Sacramentum exponatur eodem modo, ut in die, immediatè post Vesperas; si frequens sit Populus,cantari possunt horæ matutinę; quibus absolutis benedicatur Populus, & Sanctissimum Sacramentum recondatur.

Patefaciendum Tabernaculum luminibus accẽsis, dũ imminet Procella,vel turbo, convocato Clero,& populo ad preces.

Cum turbines, & grandines imminent, patefacto Tabernaculo, luminibus quatuor adminus in Altari accensis, antè Sanctissimum Sacramentum, Litanię,& Preces a Populo,& Clero devotè ad libitum recitari poterunt.

De Extrema Vnctione.

Curatores Animarum breviter verba faciant de præstantia, & utilitate hujus Sacramenti dum illud sunt ministraturi infirmis.

SAcramentum Extremæ Vnctionis à Christo Domino institutum, ad fidelium è vita emigrantium spem corroborandam, atque ad ferenda Morbi in commoda,& tentationes diaboli superandas, dum sensus vigent, magna devotione à fidelibus suscipiendum. Curatores ergò animarum id maximè hortentur, ut uberiorem fructum,& gratiam consequantur, atque de præstantia, & utilitate hujus Sacramenti, quoties tempus ferat, breviter verba faciant.

Modus præscribitur ministrandi Sacramentum Extremæ Unctionis.

Sacerdos, hoc Sacramentum ministraturus,stola violacea suprà superpelliceum indutus, utraque manu deferat Vasculum Olei Sacri, Sacculo serico involutum, & cordulis à collo pendens, præcedente Acolyto cum cruce sine hasta. Psalmosq; ut moris est recitet.

Il-

Illis concedatur, qui dum integris sensibus, & sana mente erant, illud petierunt, vel Signa Contritionis dederunt, seu, si advertissent, verisimiliter petiissent, quamvis loquelam amiserint, vel amentes sint effecti.

In loco, quo jacet infirmus, præparetur mensa cooperta mappa munda cum duabus Candelis accensis super eam, vas aquæ benedictę cum aspersorio, mica panis, vas cum aqua ad abluendas manus Sacerdotis, gossipium in septem globulos ad abstergendas unctiones. Antequam inungatur infirmus pro Sacramenti reverentia, panno lineo madefacto partes inungendæ detergantur, si commodè fieri potest, lintea etiam sint munda, cæteræ Cæremoniæ in Rituali præscriptæ adunguem observentur, de quibus opportuno tempore instruantur domestici ægrotantis.

Quomodo præparandus locus, ubi jacet infirmus suscepturus Sacramentū Extremæ unctionis.

Partes inungendæ detergantur si commodè fieri potest.

Sacerdos hoc Sacramentum, qui nisi juxtè impeditus, debet esse ipse Parochus, adstantes hortetur, ut pro infirmo orent, ac Litanias cum precibus recitent, dum inungitur: ubi opus perfecerit, genibus flexis, preces, & orationes stans dicat, ac posteà brevi Sermone infirmum ad bene moriendum hortetur, ut Crucem Domini crebrò aspiciat, devotè osculetur, & amplectatur; salutem animę, vitamque æternam non propriis meritis, sed Christi passione, ac Divinæ Misericordiæ magnitudine consequendam, firma spe confidat. Corpus, & animam, se, ac sua in divinas manus commendet, & sicut bonus Pastor toto conatu, in postremo illo agone, ovem sibi commissam defendat, ne lupus rapiat, & dispergat.

Sacerdos ministraturus Sacramentum Extremæ unctionis sit ipse Parochus, & hortetur astātes ad orandum pro infirmo, dum Sacramentum illi est administraturus.

Infirmus si laborat in extremis, citò ungatur, incipiendo ab unctione oculorum, statim, ut decedit, desinat ungere, si verò dubitet, sub conditione prosequatur unctiones, dicens: si vivis, Per istam, &c. Recedens gossipium comburat, & panis micæ, & aqua in sacrario omninò immittantur, nullo pacto ea domi relinquantur.

Cessabit Unctio si Infirmus, dum ungitur, contingat mori, quod si dubitetur, an vivat, prosequatur unctionē sub conditione.

Laborāti in extremis præstò adsit Parochus, vel

Ægroto in extremis laboranti assistat Parochus, vel alius Sacerdos, usque ad exitum vitæ.

alium Sacerdotē ipse sufficiat, qui illum, usque ad exitum animæ nō deserat, Sacra lectione passionis Christi præmuniat, aliisq; piis orationibus, & exhortationibus, in promptu habeat Imaginem Crucifixi, & vas aquæ benedictæ: imminente morte adstantes omnes genibus flexis, psalmis, & orationibus egredientem animam comitentur.

De Sacramento Ordinis.

Pro recta collatione Ordinum preces ad Dominum à Populo fundendæ.

Evulgato generalis Ordinum collationis edicto, & in valvis Ecclesiæ affixo, in Dominicis, & festis diebus litaniæ, supplicationesque recitentur, ut tales eligantur, qui divinæ gloriæ, & populorum utilitati inservire dignè valeant.

Curati admoneant initiandos de præstantia Sacrorum Ordinū.

Cum initiandorum nomina in Ecclesia Curati enuntiabunt, de dignitate, & præstantia Sacrorum Ordinum verba faciant; id enim valdè præstabit ad majorem reverentiam Ordinibus sacris conciliandam, & initiandorum mores, & vitam clariùs indagandam.

Promovendi ad Clericalem statum examinentur per Virum probum super intentione.

Ad Clericalem Ordinem admittendi, si tamen Confirmati, & scholas Doctrinæ Christianæ frequentent, instruendi saltem per duos menses tradantur Viro probo, & Ecclesiasticæ disciplinæ zelatori, qui illorum qualitates, & qua admitti volunt, intentione, omnia diligenter perscrutans, quidquid norit, ad Episcopum deferat, antequam initientur. Idem de aliis ad cæteros Ordines promovendis, quoad fieri poterit, statuimus.

Processus de vita, & moribus initiandorū cōmittantur probato Viro.

Processus de vita, & moribus initiandorum probato viro committantur, qui eorum mores, & qualitates optimorum virorum juramento comprobet, & gratis fiant.

Requisita promovēdorum ad Ordines minores.

Ad minores ordines non admittantur, nisi Doctrinam Christianā calleant, & literas testimoniales de gestatione continua habitus, & tonsuræ, de frequenti Sacramentorum usu, de ministerio in Ecclesiis diligenti, de assiduitate in scholis grammaticæ, cātus plani, & Doctrinæ Christianę ostenderint.

Ad

Ad majores Ordines promovendi calleant, & ipsi Doctrinam Christianam, & Cantum planum praeterea fidem Punctatorum ostendant, quod sal. tem singulis mensibus, praevia Confessione, Sacra Communione se refecerint, quod in susceptis Ordinibus se exercuerint, ex proprio Breviario Horas Canonicas recitare sciant.

Requisita promovēdorum ad Ordines majores.

Ordinandi ad Titulum patrimonii ostendant Instrumenta, & jurent ad Sancta Dei Evangelia, se esse in vera, & pacifica possessione, & perceptione fructuum, ac in donationibus nullas esse collusiones, nec bona data, vel donata retrocessuros, alienaturos, & distracturos, donec Beneficium ad vitae sustentationem sufficiens obtinuerint, cum approbatione, & licentia Ordinarii, nullumque pactum intercessisse cum donatore de retrocessione bonorum, vel de restitutione fructuū bonorum.

Ordinati ad titulum patrimonii jurare debent de pacifica possessione & fructuum perceptione.

Examinatores omni humana affectione postposita munus ad Dei gloriam, & Ecclesiasticae disciplinae beneficium ritè, & rectè administrent, ne perjuri, ac Divinae Majestatis laesae rei efficiantur.

Examinatores Synodales ritè, & rectè suum munus exerceant.

De Matrimonio.

MAtrimonii Sacramentum, ac indissolubile vinculum ad genus humanum propagandum, à Christo Domino institutum, à fidelibus sanctè, ac religiosè celebrandum, ut unusquisque possideat vas suum in Sanctificatione, & non in passione desiderii, sicut gentes, quae ignorant Deum.

Matrimonii vinculum indissolubile sanctè, ac religiosè custodiendum.

Parochi, sub poena ducatorum quatuor, Matrimonia contrahenda, non prius denuncient, quàm benè noverint Sponsos, ac Sponsas suae Parochiae esse, illosque symbolum Fidei, Decalogum, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam benè scire, & praeceptum annuae Confessionis, & Commu-

Parochi antequā ad denunciationes matrimonii contrahendi deveniant, quae teneantur praenoscere.

munionis illo anno adimplevisse, cujus inviolabilis constitutionis certiorem Populum sæpè faciant.

Trinæ denunciationes non omittendæ, sed si per bimestre post ultimam denunciationem non fuerit contractum Matrimonium, iterum fiant, die ultimæ denunciationis non deveniatur ad Matrimonii celebrationem.

Denunciationes trinæ sine Curiæ facultate Episcopalis omninò non prætermittantur, immò ad majorem notitiam in foribus Ecclesię schedulæ contrahere volentium affigantur, & si per bimestre post ultimam denunciationem Matrimonium non fuerit contractum, antequam contrahatur, de novo fiant, ipsa die ultimæ denunciationis Matrimonium non contrahatur sine aliqua urgenti, & rationabili causa, sed in ipsa denunciatione Populus moneatur, quod sit in eodem die contrahendum, ut impedimentorum conscii statim revelent.

Orta aliqua suspicione impedimenti, Parochi consulant Curiã Episcopalem.

Qualibet impedimenti orta suspicione, Parochi statim consulant Curiam Episcopalem, nec ad ulteriora quoquomodo procedant. Aliorum Oppidorum Incolæ inconsulto Episcopo nullo pacto ad contrahendum admittantur, nec viduæ nisi clarissimè, & pluribus oculatis testibus de morte Conjugum constet sub pæna decem aureorum, & aliis arbitrio nostro.

In ultima Dominica Adventus Parochi evulgẽt Decreta Sac. Conc. Trid. de Reform. matrim.

In ultima Dominica Adventus, & ad Missarum solemnia debeant Parochi Decreta Sacri Conc. Trid. Cap. de Refor. Matrimonii exponere, & ad observantiam hortari. Deplorandum nefas pro viribus exagerent, & reprehendant, quod Sponsi ante contractum Matrimonii Sacramentum copulam habeant, pœnas casus reservati, & excommunicationis tàm Sponsis, quàm Parentibus permittentibus, aliasque nostro arbitrio imponendas minentur. Conclusis nuptiis, statim novos Sponsos, & Parentes Curati adeant, eosque graviter admoneant, ut ab hac execrabili corruptela, ae divina injuria caveant, ut pœnas divinæ ultionis in se ipsos, & in prolem, ac severissimum judicium nostrum effugiant.

Copulam habẽtes sponsi ante contractum Matrimonium quas pœnas incurrãt.

Matrimonia nõ alibi celebranda quam in Ecclesia.

Contrahere Matrimonium alibi, quàm in Ecclesia Parochiali prohibemus, sub pœna Parochis de-

decem aureorum, ultrà censuras in Concilio Trid. statutas.

Benedictiones nuptiarum in propria Ecclesia faciendæ non omittantur, nec in una Missa plures Nuptiæ benedicantur.

Benedictiones nuptiarum faciendæ in propria Ecclesia.

Liber Matrimoniorum ab aliis sejunctus habeatur, in quo dies consecrati Matrimonii, nomina Contrahentium, & Testium describantur. Denunciationes item quibus diebus factæ, & fides denunciationum aliorum Parochorum cum copia Decretorum nostræ Curiæ notentur sub pœna trium ducatorum pro qualibet vice.

Liber Matrimoniorum habeatur, sitque sejunctus ab aliis.

Ignotos, & alienigenas fœminas secū ducentes, nisi fidem Matrimonii ostendant, Curati, tanquam concubinatus suspectos ad Episcopum deferant.

Curati deferant ad Episcopum ignotos ducentes secum fœminas alienigenas.

Matrimoniis assistant Curati tantùm, eisque justè impeditis alii non nisi à nobis approbati sub pænis arbitrio nostro, nihil directè, vel indirectè petant, nec ab aliis peti permittant, quacumque Consuetudine non obstante, sed si quid spontè darent in Eleemosynam, accipiant.

Parochi tantū & non alii Sacerdotes assistant Matrimoniis celebrandis.

De Horis Canonicis, & Chori Disciplina.

HOræ Canonicæ Officium sunt Sacerdotum, & Clericorum, ut ipso nomine ad magnam curam, & diligentiam adhibendam compellantur. Vnusquisque enim, nisi planè insipiens, suum officium diligenter exequitur, neque in hoc deficit nisi malus Minister, & infidelis: dum ergo laudabilis *Consuetudo jam olim viguit* in Ecclesiis Majoribus totius nostræ Diœcesis totum Officium Divinum in Choro recitandi, mandamus, illud recitari ex prescripto Breviarii Romani distinctè, paulatim, non cursim, non confusè, sed devotè, piè, religiosè ab omnibus in sacris constitutis, statutis horis, vel cantu, vel plana voce pro dierum solemnitate, & Consuetudine, pænas suspensionis, & decem ducatorum imposita, singulis interesse debentibus, quando totum, vel pars principalis Of-

Officium Divinum integrè in Choro recitandū ad præscriptum Rom. Brev. ea qua decet reverentia, ac devotione.

fi-

ficii in Choro dimissa fuerit.

Laicis sit interdictus aditus ad Chorum, in quo Clerici sedeant in propriis sedibus. Literæ, vel alii libri in Choro, dum psallitur non legantur.

Chorus circumcircà sepiatur, ut laicis aditus sit interdictus, dum horæ recitantur *omnes in propriis* sedilibus sedeant, alternis vocibus cantantes nevè literas, libros, aliaque scripta legant, nequè privatim, nequè tacitè Officium recitent, aliàs pro non interessentibus habeantur, Punctatoris conscientiam onerantes.

Absint risus, joci, vel rixæ à Choro.

A Choro omninò absint Colloquia risus, joci, rixæ, & strepitus, vociferationes cum nutibus, & signis: necessaria quoquè in Choro, & in Ecclesia sint indicenda: mentes semper vocibus respondeant, ut psallant, & spiritu psallant, & mente.

Punctatores fideles, & idonei eligantur.

Duo in qualibet Ecclesia Punctatores fideles, & idonei eligantur, unus ab Episcopo, alter à Capitulo, qui, & suscipere onus, & de recta, & fideli administratione ad præscriptum Decretorum jurare teneantur Sub pæna suspensionis, & aureorum decem. Punctum omninò solvatur, nec condonari possit, nisi in casibus à jure permissis.

Puncta non condonentur, omninò solvantur.

Distributiones ordinariæ fideliter interessentibus distribuātur.

Distributiones ordinariæ fideliter interessentibus distribuantur. Infirmis secundum Consuetudinem concedantur: *Sacramentà* verò administrantes *pro interessentibus* habeantur.

Hora signi pro recitatione matutini in Choro.

Surgente Aurora primum Matutini signum detur; post mediam horam ultimum dabitur, & post aliquam moram inchoabitur Officium. Duæ saltem Candelæ sint in Altari Majori accensæ, dum Officium persolvitur.

Quomodo punctandi advenientes inchoato Officio in Choro.

Advonientes post primam lectionem primi Nocturni, & post quartum Psalmum Officii ferialis, post secundum in Vesperis, & post Epistolam in Missa, pro medietate punctentur, nisi ex prava consuetudine mulctari debeant arbitrio Episcopi. Pari ratione in discedentibus ante absolutum Officium habeantur; qui necessariò ad ministranda Sacramenta è Choro egrediuntur, per functo munere, redire teneantur, si nondum Officium sit persolutum.

Egredientes à Choro ad Sacramenta ministrāda, perfūcto munere redire teneantur ad Chorum, si non dum Officiū sit persolutum.

Diebus festivis, & ad solemnes Vesperas conveniant

niant omnes cum superpelliceo, & birreto; Dignitates verò habeant Almutium, aliàs pro absentibus notentur.

Omnes conveniant in Choro diebus festis cũ superpelliceo, sed dignitates habeant Almutiũ.

Cum solemniter Vesperarum, ac Missæ Officium est celebrandum, absente Prælato omnes superpelliceis induti in Sacristia, qua decet modestia, ac silentio expectent ultimum Campanæ signum, indè bini, juniores per ordinem procedant, sequantur seniores, post omnes Ceroferarii, & Assistentes parati; vltimus omnium celebrans paratus; Ad Altare pervenientes, facta in medio reverentia, quilibet ad suum locum accedat, & genuflexus stet, donec in choetur officium; hanc semper attendentes formam, ac disciplinam, ut omnes simul stent, vel sedeant, genuflectant, vel surgant, ab omni disparitate caventes; caput omnes simul detegant, & operiantur.

Quomodò procedendum ad Chorum.

Chorum egredientes, vel ingredientes, Altari primò, secundò Prælato, deindè reliquis, ab uno in alium Chori locum transeuntes, non ad libitum, sed ex præcepto Cantoris, vel Magistri Cæremoniarum his, à quibus discedit, & quibus accedit, & in medio Altaris faciant reverentiam.

Chorum egredientes, vel ingredientes reverẽtiam exhibeãt primùm Altari, deindè Prælato.

Divinis Officiis persolutis, paululùm omnes in Choro, piè orent, & facto abeundi signo in Sacristiam redeant eo ordine, quò accesserunt, ubi superpellicea sine strepitu, & susurratione deponant.

Persolutis horis Canonicis oretur aliquãtulum in Choro, & Choristæ redeãt ordine, quo accesserunt.

Officium pro Defunctis. Preces feriales diebus, quibus jejunatur, Confessio, & Absolutio, Versiculum Fidelium animæ gravi voce cantantur.

Ad laudes B. Mariæ in sabbatho omnes Ecclesiastici conveniant, sub pœna arbitrio nostro.

Omnes Ecclesiastici conveniant ad laudes B. Mariæ in Sabatho.

De Celebratione Missarum.

AD reverentissimam Sacerdotii dignitatem evectus, puritate vitæ, rectitudinis intentione, ac devotionis excitatione se ipsum probet, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat, ne judicium, & damnationem sibi manducet, & bibat. Cæremonias

Sacerdos sacra facturus qua reverentia, & quo studio ad Altare accedere debeat.

Missæ, tàm distinctè in Missali Romano præscriptas summo studio, ac reverentia perficere conetur; nullus enim in re tàm gravi, levis error iudicandus, nequè parva imminet ultio, si tàm sanctà non sanctè tractentur.

Corporis, & animæ ornatus quisnam esse debeat in Sacerdote celebraturo Sacrũ Missæ Sacrificiũ.

Celebraturi, talarem vestem, birretum, calceamenta, vel crepidas mundas, & integras habeant; Tonsuram conspicuam deferant; manus diligentissimè domi abluant, matutinis horis persolutis: ter saltem in hebdomada, vel saltem octavo quoque die peccata confiteantur, sub pœna arbitrio nostro:

Oratorium in Sacristia ad missæ præparationem.

In Sacristia in parte remotiori aptetur Oratorium ad Missæ præparationes, & ad gratiarum actiones, silentium omninò observetur, vaniloquia, & quæ ad rem sacram non pertinent, absint: ibidem sit lavatorium cum aqua, & cum nitidis ad abstergendas manus linteis, qualibet saltem hebdomada apponendis, ut Sacerdotes mundi corpore, & purgata mente ad Sacrificium dignè accedere valeant.

Antequam Sacerdos pergat ad Altare, in eo sint

Altare portatile cũ tobaleis mũdis sit ubi missæ sacrificium est celebrandum.

Tobaleæ mundæ, Altare portatile consecratum, nulla ex parte confractum, candelæ accensæ, intortitium, ampullæ vitri, & aquæ in credentia, vel fenestella, Crux, Tabella Gloriæ, & Mappula ad manus abstergendas, sub pæna tàm Sacerdotibus, quàm Clericis inservientibus, quàm etiam sacristæ minori arbitrio Episcopi.

Sacerdos vocatus ad celebrandum accedat cum festinatione.

Vocati ad Celebrandas Missas, præcipuè in diebus festivis non morentur, aliàs punctentur ac si per biduum à Choro abessent. Missæ ne omnes simul celebrentur; *ad minus post elevationem unius alia egrediatur*: si gravi ex causa, plures celebrari occurrat, fiat in Altaribus debitè distantibus, & non è contrà sub pæna arbitrio nostro.

In Altaribus è contra non celebrentur simul missæ.

Per circulum satisfiat oneribus missarum.

Oneribus Missarum antiquis, & novis *in circulum* satisfacere, omnes teneantur, nec aliud onus inscia Curia acceptetur. Post Missæ sacrum unusquisquè in libro Missarum manu sua scribat *Altare*, *diem*, & pro quo celebraverit, nec audeat sub pœna

na suspensionis, & decem aureorum, non celebratas Missas significare.

Non ante auroram, nec post meridiem Sacrificium Missæ peragatur. In loco, ubi sacra paramenta ad Missarum celebrationem præparantur, nec Vrceoli, Intortitia, Campanula, multo minùs pallei, & pilei sub pœna duorum caroleuorum, apponantur.

Sacrificium Missæ, nec ante auroram, nec post meridiem peragendum.

Curati, & Sacramentorum administratores non utantur stolis, quæ in Missis deserviunt, sed propriæ deputentur, sub pœna arbitrio nostro.

Pro Sacramentorum administratione sint stolæ distinctæ ab illis, quæ deserviunt pro celebratione Missarum.

Paramenta Altaris, & Ministrorum sint coloris Officio, & Missæ convenientis, secundum usum Romanæ Ecclesiæ; qui verò paramentis disconvenientis coloris celebraverit, pœnam quinque carolenorum subeat, cujus quarta pars erit denunciantis.

Paramenta cõveniant Sacrificio, & Missæ. Pœna in trãsgressores.

Exteros, & ignotos sine literis commendatitiis, nec semel celebrare permittantur; si verò commendatitias literas habeant, inconsulta curia, non nisi per paucos dies.

Nulli extero liceat celebrare sine literis dimissorialibus.

Ad inserviendum Missis Clerici per hebdomadã deputati, sub pœna privationis gabellarum, & habitus, statis hebdomadis inservire teneantur.

Clerici deputati inserviant Missis

Mandatur item omnibus Ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis, etiam regularibus, quod liber Evangeliorum post lectum Evangelium nulli ex Magistratibus, Officialibus, & aliis Dominis temporalibus ad osculandum tradatur sub pœna suspensionis, & librarum quinquaginta ceræ pro qualibet vice, stante ordine Congregationis Sacrorum Rituum 20. Aprilis 1620.

Liber Evangeliorum nõ detur ad osculandum ulli ex Magistratibus vel Dominis temporalibus.

Missa tempore auroræ in qualibet Ecclesia celebretur in diebus ferialibus, in diebus verò festis nullus ante concionem, vel ante Missam Conventualem celebret, in qua ad Populum Parochus est verba facturus, ipso contradicente.

In diebus ferialibus celebrari potest Missa in qualibet Ecclesia tẽpore auroræ, secùs verò in diebus festivis, Parocho renuente

Missæ votivæ in diebus festis, & duplicibus nullo modo sine gravi, & publica causa ex præcepto Romani Missalis dicantur.

Missæ votivæ quando possunt celebrari.

Pro Missis celebrandis eleemosinæ in communi accipiantur, & singulis distribuantur.

Eleemosynæ Missarum accipiãtur in cõmuni & distribuantur.

Ad Presbyteratus Ordinē promoti non celebrent, nisi de Episcopi licentia.

Sacerdotio insigniti, nisi facultatem ab Episcopo obtinuerint, ad Sacrificium conficiendum non accedant, & priùs in Cæremoniis instructi probentur.

Sacrorum vasorum ornatus, & paramentorũ mundities præscribitur.

*Pixides, & Calices cuppam argenteam, intus inauratam habeant, quòd si aureum decoriatum fuerit, denuò deaurabuntur. Purificatoria nitida singulis hebdomadis apponantur; sordida in peculiari vase ter laventur, & seorsum ab aliis linteaminibus conserventur; aqua lotionis proiiciatur in sacrarium, in quod aqua, vel vinum, quò purificari debent digiti Sacerdotum, cum communionem ministrent extrà Missam, pariter immittatur; sint ad id deputata vascula vitrea in Ecclesiis, præsertim majoribus.

Lunula Ostensorii purificanda.

Lunula Tabernaculi, seu Ostensorii sit argentea, quæ abluatur, & purificetur, ablato Sacramento.

Signa Campanulæ pro elevatione Hostiæ in Sacrificio Missæ non prætermittenda.

Signa Campanulæ in elevatione Sanctissimi Sacramenti nullo pacto prætermittantur; Archipresbyteri, & dignitates jurent, ut infrà quatuor menses præscribantur statuta, & consuetudines Ecclesiarum, & Capitulorum circà ordinem Missarum, Officiorum, à quibus celebrari debeant in diebus solemnioribus, ut in congregatione coram Episcopo habenda approbentur, & in Archivo reponantur, inviolabiliter observandæ; aliàs procedetur, prout de jure.

Statuta pro celebratione Missarum in diebus solēnioribus cōficiantur, approbanda ab Episcopo.

De Reverentia Ecclesiis debita præcipuè dum Divina celebrantur Officia.

Quæ à Petro Federico bon. mem. Sancita fuerunt pro reverentia in Ecclesiis firmanda innovantur.

A Domo Dei, ut verè Domus Orationis videatur, Sanctorum Patrum, & Sacrosancti Conc. Trid. monitis & mandatis, immò ex peculiari Domini præcepto sæculares omnes actiones, & profana colloquia omninò arceri debent. Ea verò, quæ ad eliminandam tātam à Sacrosanctis Ecclesiis irreverentiam (diù hisce temporibus deplorandam) Petrus Federicus bo. me in Synodo sancivit; lubet maximè repetere, ac innovare, ut executioni toto pectore (ò utinam) à Curatis, & Vicariis foraneis mandetur.

In

In Ecclesiis, dum Divina præsertim celebrantur, nemo audeat deambulare, nugari, circulos habere, negotiis operam dare, cum Mulieribus colloqui, de quibus aliqualis suspicio esse potest. In limine, aut ante fores Ecclesiæ immorari, & confabulari contrà Altare, ubi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, irreverenter stare, vel ludere, & quod pejus, dorsum vertere, aut quovis alio modo irreverenter in Ecclesia versari, aut Divina Officia perturbare.

Deambulationes, colloquia, nugæ, & cætera hujusmodi in Ecclesiis prohibentur.

Nullus in Ecclesiis, vel foribus, aut in atrio quicquam venale habeat, vel mendicare per Ecclesiam audeat, vel cum venaticis canibus ingredi, neque scoppettas, & alia ejusdem generis inferre præsumat; quibus sanctissimis sanctionibus addimus, ut viri, quo meliori modo fieri potest, distincta habeant loca à Mulieribus, in concionibus præcipuè, ita, ut mutui aspectus caveantur. Parvuli vagientes, infideles, & mancipia non baptizata, canes latrantes, & quælibet bruta animalia arceantur; Parochorum, & Vicariorum foraneorum munus erit, hæc executioni mandare, adhibita, si opus fuerit excommunicationis pœna, ne ipsi cum profanatoribus Ecclesiarũ à flagello Dei corripiantur.

Nihil venale in atriis vel ante fores Ecclesiæ exponatur.

Divisio sexus in Ecclesiis, quoad fieri potest, habeatur.

Parvuli vagientes, canes latrãtes arceantur ab Ecclesiis.

Parochis, & Vicariis foraneis mandetur executio.

Fores Ecclesiæ post Missarum celebrationem claudantur; ante Vesperas rursùs aperiantur, & hora congrua juxta consuetudinem, saltem per dimidium horæ antè signum Salutationis Angelicæ vespertinum, iterùm claudantur. Post signum matutinum aperiendæ: in diebus verò solemnioribus, & in Oratione quadraginta horarum valdè manè aperiantur fores Ecclesiæ; post Solis occasum claudantur.

Tempus præscribitur, quo Ecclesiæ fores aperiri, & claudi debent.

Reverentiæ Ecclesiarum maximè munditіes, quæ in Divino cultu resplendeat, conducit: sordes igitur, & immunditiesà vasis, vestibus, & paramentis omninò abiiciantur, Ecclesiarum, & Cappellarum pavimenta bis in hebdomada scopa mundentur; semel in mense parietes.

Mundities in ipsis Ecclesiis semper habenda, & quæ ad ipsam habendam conducunt, mandãtur.

Ædes in Ecclesiis conjunctæ à Clericis tantùm, vel

Qui possunt habitare in ædibus con-

conjunctis Ecclesiis.

vel à laicis probatæ vitæ de licentia Episcopi habitentur.

Sepulchra Defunctorum benè claudantur.

Sepulchra Defunctorum benè clausa, operta, ne malus odor elevetur.

Novas Ecclesias, Cappellas, Oratoria, vel Monasteria extruere sivè Picturas sacras affigere vetitum sine Episcopi licentia.

Ecclesias, Monasteria, Cappellas, aut Oratoria, ac picturas sacras pingere, vel actiones, & repræsentationes facere sine Episcopi licentia nemo præsumat.

De Processionibus.

Processiones publicæ sine Episcopi licentia, ne fiant.

PRocessiones præter eas ab Ecclesia constitutas, & Consuetudine locorum antiquitùs invectas sub pœna decem aureorum à Capitulis Ecclesiarum solvendorum, nullo modo fiant, nec in iis circumferantur Mysteria apparentia absque nostra approbatione.

De Funeribus, Sepulturis, & Oblationibus.

Charitatis officia erga mortuos.

PErfuncto cum ægrotis omni charitatis officio debent adhùc Parochi in mortuos Christianæ pietatis, & misericordiæ opera, piis precibus, & officiis ab Ecclesia institutis, absque ullis avaritiæ sordibus exercere. In sepultura igitur, in exequiis, & in Anniversariis Defunctorum peragendis caveantur omnes pactiones, & actiones illicitæ, ne potiùs quæstum, quàm pietatem intendere videantur.

Pro funeribus pactiones, & actiones illicitæ prohibentur.

Egeni gratis sepeliendi.

Egeni gratis omninò sepeliantur; ab aliis si quid ultrà oblatum fuerit, quinimmò, & pias consuetudines, & alias jure debitas erogationes accipere, non vetamus.

Repentino morbo oppressi non sepeliendi statim.

Repentino morbo oppressi non festinanter, sepeliantur, donec de morte evidenter constet.

Clerici deducentes corpora Defunctorum ad Ecclesiam, quomodo debeant procedere.

Clerici deducentes corpora Defunctorum ad Ecclesiam procedant bini, non jocantes, nec mutuò colloquentes, psalmos, cæterasque orationes ex Rituali Romano usque ad finem funeris persolvant; aliàs pro non interessentibus computentur, cereis-

quæ

que, & eleemosynis priventur.

Orationes, vel sermones in Defunctorum laudem, nec quidem domi fiant sine Episcopi licentia. Adstantes verò ad preces pro Defunctis fundendas, atque ad mortis meditationem, & præparationem hortari valdè commendamus.

Sine licentia Episcopi ne fiant sermones funebres.

Nemini cujuscumquè gradus, & status sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, præter eas jure statutas, privata authoritate sine Episcopi licentia in scriptis, cadavera in aliqua Ecclesia humata, vel aliò transferre, vel exhumare, vel occultè in loco sacro sepelire, quibus sepultura Ecclesiastica denegata, vel deneganda sit, pœna arbitraria Rectoribus, & Vicariis non vetantibus imposita.

Exhumatio cadaverum sine licentia Episcopi sub excommunicationis pœna prohibetur.

Nullus pia legata ad aures facta sub excommunicationis pœna, in proprios usus convertere audeat, sed illa juxta Testatoris voluntatem erogentur; Mandantes Notariis, aliisquè ad pia legata scribenda rogatis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut infrà mensem contractus omnes, & legata facta, vel facienda ad piorum locorum, & personarum favorem, & utilitatem spectantia iis, quorum interest, revelent, etiam si Testamenta sint clausa; quique ea scient, Gubernatoribus locorum manifestare sub eisdem pœnis teneantur.

Pia legata ad aures facta nullus præsumat ad proprios usus sibi convertat.

Notarii revelent pia legata infra mēsem sub pœna excommunicationis.

Habeat unaquæquè Ecclesia librum, in quo pia lega a ad ejus favorem facta, vel in posterùm facienda adnotentur, infra duos menses conficiendum à Curatis, sub pœna decem aureorum, ut Benefactorum memoria habeatur, & piæ fidelium voluntates suum consequantur effectum.

Liber in quo describātur pia legata habeatur à qualibet Ecclesia pro sibi pertinentibus.

Anniversaria, & Missæ, quæ statis diebus celebrari debent, ne Defuncti optato suffragio careant, in publica tabella describantur.

In publica tabella describantur Anniversaria Defunctorum.

Vt Missæ, & horariæ preces, pro Defunctis singulis mensibus ex præscripto Missalis Romani, & Breviarii in Choro, & extra Chorum persolvantur, vehementer hortamur.

Missæ & horariæ preces pro Defunctis singulis mensibus habendæ.

Episcopo defuncto, Missam Sacerdotes singuli pri-

Pro Episcopo defuncto preces, &

& missæ celebrãdæ describuntur.

prima die non impedita celebrent pro ejus Anima, & cantetur Missa cum Responsorio ad tumulum, & Curati Populum moneant ad preces pro eo fundendas, & pro electione Successoris. Post omnium Fidelium Defunctorum commemorationem dicantur Missæ pro Episcopis defunctis, ex antiquo Ecclesiæ instituto; ac sequenti die idem servetur pro omnibus Canonicis, & Sacerdotibus. Quotannis insuper pro Episcopo proximè defuncto, revertente die obitus ipsius in Cathedrali, & cæteris Ecclesiis Officium peragatur ex præscripto Cæremonialis Episcoporum. Idem Reverendissimum successorem pro sua pietate, pro anima nostra curaturum speramus. Sacerdotes omnes pro eo itidem celebrent, & Parochi Populum moneant, ut illius animã religiosis precibus adjuvent dies obitus. *Episcopi* proximè defuncti in tabella *Anniversariorum apponatur*.

In missis pro Defunctis cerei ceræ communis adhibeantur.

In Missa pro defunctis cerei ceræ communis regulariter deserviant pro Mortuorum qualitate, & pro hæredum arbitrio. Si facienda sit absolutio absente corpore, in medio Ecclesiæ lectica, vel tumulus statuatur panno nigro contectus, Cruce alba, vel rubea insignitus. Quatuor saltem cerei in candelabris majoribus à quatuor lateribus apponantur.

De Vicariis Foraneis.

Munus Vicarii foranei quanti sit momenti.

VIcarii foranei in primis intelligant, quàm maximi momenti sit eorum munus, cum ab Episcopis laborum, curæque Episcopalis socii adhibeãtur, rectamque Pastoralis officii gubernationem ab. ipsorum diligentia, & fideli ministerio maximè pendere, totamque spem, ac fiduciam in eis positam. Munus ergò quale illis committitur, diligentissimè perficiant; hoc tamen valdè sibi commendatum existiment, quod ad observãtiam Synodalium constitutionum, aliorumque mandatorum pertinet.

Quãtum ab ipsis elaborãdum pro munere sibi commisso.

Quæ omnia in promptu habeant, sæpè per legant,

ut negligentes, & transgressores animadvertere possint. *Meminerint se* sub juramento teneri adhibita pœna decem aureorum, & aliis arbitrio nostro, ad unguem. Nobis referent quæcumque animadversione digna in dies in eorum cura circà regimen Ecclesiarum, & Clericorum mores acciderint. Alternis mensibus ad Curiam accedant, rationem sui muneris reddituri ex libello memoriæ ad id deputato, singula quæque, ac minima suæ curæ referant, ut omnia quasi propria presentia inspiciamus.

Curatorum, Confessariorum, Sacerdotum, Clericorum, Piorum locorum Officialium, Regularium, quoque, & exemptorum vitam, & mores diligentissimè investigent, ac scrutentur, & si quid in persolvēdis Horis Canonicis, in Ministerio Sacramentorum, in celebratione Missarum, in Doctrinę Christianę institutione, in bono nomine, & fama Ecclesiasticorum, in Altarium, & Ecclesiarum nitore, & cultu, correctione dignum occurrat, Nobis referant

Vicarii foranei vitam, & mores scrutari debent Clericorum, Cōfessariorum, & cæterorum, ac Episcopo referre.

Diù, noctùquè per regionem commissam discurrant, & si nostros sudditos, vel noctù armatos, vel aliter graviter delinquentes compererint, & de fuga suspectos habeant, invocato, si opus fuerit, sæculari brachio; carceri mancipent, totumque negotium infrà biduum Curiæ deferant, pœnas à sordidè, vel indecorè ministrantibus in Ecclesiasticis functionibus, & à Clericis, & Sacristis inferioribus in ministerio Ecclesiastico negligentibus, severissimè exigant, vel exigendas tempore distributionum notent.

Diu, noctuque per regionem discurrant, velut vigiles speculatores, & Curiæ deferant.

Informationes omnes ex Officio contra quoscumquè nostros subditos statim fideliter sumant, & infrà quinque dies Episcopali Curiæ transmittant sub pœna excommunicationis, eodem modo obligationes, & accusationes accipiant, & transmittant; causas verò, quæ trium ducatorum summam non excedunt, ipsi summariè agnoscant, & decidant.

Informationes ex officio capiāt statim, & fideliter Curiæ transmittant infra quinque dies.

Initio cujuslibet mensis a Rectoribus, Prioribus Pro-

Singulis mensibus Vicarii foranei rationem petant dati, & accepti à Ministris Ecclesiarum, Cōfraternitatum, & Cappellarum.

Procuratoribus, Quartulanis, Thesaurariis, Depositariis Ecclesiarum, Confraternitatum, Cappellarum, una cum Curatis, nisi aliter in commissis mandemus, rationem impensarum, bonorum exactionem petant, qui sub pœna excommunicationis tradere teneantur infrà sex dies invocato auxilio Dominorum temporalium, si opus fuerit, singula minutatim discutiant, expensas fidelibus Testibus, & expertis Viris comprobent, & si aliquam fraudem, vel gravem negligentiam commissam compererint; Nobis deferant, sciantque, negligentes téneri ad restitutionem damnorum, & fraudum, aliasque arbitrio nostro pœnas.

Singulis hebdomadis librum inspiciant Punctatorum.

Singulis hebdomadis eodem modo Punctatorii librum, ac Missarum inspiciant, & ipsi subscribant, se à fide dignis habuisse, nisi aliter sibi constiterit, Horas Canonicas, ac Missas fuisse persolutas sub pœna duorum aureorum, & si quid falsi repererint, notent, ut suo tempore referant pro opportuno remedio.

Invigilent Vicarii foranei super Ecclesiastica immunitate, & Festorum observātia.

Pro Ecclesiastica immunitate invigilent, ne Judices sæculares, vel alii officiales jurisdictionem Ecclesiasticam lædant, ac de minimis hujus materiæ occurrentibus Episcopo quam primùm deferant; denique observantiæ festorum, quam maximo studio incumbant, ipsi Deo rationem redditur. Alternis festis Rura suboppidana visitent, ut dierum festorum violatores aliquando etiam pœna temporali puniantur. Si qui pluries servilia exercere in festis diebus comperti fuerint, ad Curiam pro severiori remedio deferantur. Curent, ne festis diebus officinæ sint apertæ, nevè contractus, exactiones gabellarum, & collectarum fiant, nec sine gravi, vel publica causa licentiam concedant.

Conficiendus ab ipsis liber, in quo notentur pœnæ.

Librum pœnarum conficiant, in quo, & pœnæ exactæ, vel exigendæ tempore distributionum notentur, quæ in pios usus, nulli tamen sine Episcopi mandato, distribuantur.

Moneantur, & quandoque obiurgationibus afficiantur-

Clericos, maximè in minoribus, & juniores commendatos habeant, ac paternis cohortationibus

bus

bus, & ob jurgationibus moneant, ut grammaticæ, cantus, & Doctrinæ Christianæ scholis sint assidui, in ministerio Ecclesiæ seduli, præcincti compositi, & modesti incedant; vestes integras, ac superpellicea munda habeant, ac in disciplinæ Ecclesiasticæ moribus se contineant. ficiantur Clerici, si in aliquo defecerint.

De Archipresbyteris, Abbatibus, & Curatis.

AD animarum curam vocati intelligant, quàm grave onus sustinent, quàm plenum curis, & laboribus munus susceperint, cum gregem sibi commissum non minùs doctrina, quàm exemplis instituere debeant. Constitutiones has Synodales, eis præcipuè observandas tradimus, eaque omnia sæpius perlegere, & memoria retinere, ac opere præstare omni sollicitudine studeant; ut servi fideles, & prudentes inveniantur, quos constituit Dominus super familiam suam. Cura animarum onus grave. Quanta sollicitudine illa sit exercenda, exponitur Archipresbyteris, & Curatis.

Diù, noctùque animarum saluti, & Sacramentorum ministerio paratos se ostendant, Ecclesiæ idcircò, cui præsunt quàm proximum domicilium habeant ex rescripto Sacræ Congregationis. Domicilium Rectorum Ecclesiarum sit propè ipsas.

Singulis festis oves sibi commendatas salutaribus monitis pascant; inter Missarum solemnia aliquid de eis, quæ in Missa leguntur, vel illius sanctissimi Sacrificii mysterium aliquod, vel de festivitate, quæ colitur, fidelibus explanent; vitia, defectus, abusus, & peccata, ad quæ procliviorem populum animadvertant, spiritu fortitudinis Domini corrigant, ac totis visceribus prædicationis verbi Dei ex jure Divino, humanovè incumbant, ut non sua, sed Dei lucra quærere videantur, aliter suis impensis, alterum idoneum sufficiat Ordinario præsentandum. Singulis festis pascant verbo Dei oves sibi commissas inter Missarum solemnia.

Doctrinæ Christianæ pueris, ac rudibus tradendæ, ministerium toto affectu complectatur, utpotè requirit ipsorum officium. Indulgentiarum Thesaurum docentibus, & cooperantibus concessum, ac nescientibus rudimenta fidei pœnas promul- Instructio Doctrinæ Christianæ quàm sedulò ab ipsis explenda.

gent: Patres, Matresque sedulò moneant, ut suos de familia ad statùs doctrinæ Christianæ scholas ipsi cōducant, & ad Christianæ pietatis, virtutumquè disciplinam instituant, eosque de familia sanctè instituenda sæpiùs instruant.

Ritus pro ministratione Sacramenti Baptismi observent, & Obstetrices edoceant.

Quæ de Baptismi administratione in Rituali, atquè in hac Synodo decreta sunt, observent, ac diligenter instruant Obstetrices materiam, & formam hujus Sacramenti.

Sacrorum Oleorum claves nemini committant ad evitandam omnem superstitionis suspicionem.

Maxima cautione vigilēt in Sacrorum Oleorum custodia, claves nemini committant: in abluendis pueris post Baptismum, caveant, ne quid superstitionem redolens agatur, linteolos, gossipium, salem exorcizatum, aquam, candelas nemini tradant sub pœna suspensionis, & aliis &c.

Hortentur parituras ad Sacramenta Confessionis & Communionis. Item puerperas ad recipiendam benedictionem.

Parituras ad sacramenta Confessionis, & Communionis hortentur, item Puerperas cum primò domo exierint, ad Ecclesiam, ut benedicantur se conferant.

Moneant sibi subditos fideles.

Perpetuis monitionum officiis, ut frequenter fideles ad Pœnitentiæ Sacramentum, & ad Eucharistiæ sumptionem accedant; non solùm intima animi præparatione, sed externo etiam cultu, humili genuflexione, armis depositis efficiant.

Adolescentes, & Adolescētulæ ab ipsis instruantur tempore Quadragesimæ pro susceptione Eucharistiæ.

Initio Quadragesimæ inquirant adolescentes, & adolescentulas, qui præcepto annuæ Communionis tenentur, adepto rationis usu; hos debent in unum colligere, ac multo studio de dignitate, ac præstantia hujus Sacramenti, & qua vitæ puritate, & morum sanctitate suscipiendum, instruere, ut ad tantum Sacramentum dignè, ac devotè semel saltem accedant.

Sponsos moneant, ut confiteantur antequam Matrimoniū cōtrahant.

Sponsas moneant, ut pridiè saltem quàm Matrimonium contrahant, confiteantur, ac sacra Communione reficiantur, caveantquè ab ira Dei, si culpæ lethalis conscii ad Matrimonii Sacramētum accesserint: Uxoratos doceant, quod antè Communionem à concubitu abstineant per unum, aùt alterum diem; Infandum sponsorum scelus ante Matrimonii contractum Sacramentum copulam haben-

bentium, pro viribus privatim, & publicè arguant: sponsos, sponsarum domus frequentare prohibeant, ac dispensationem, si opus fuerit, obtentam illis suffragari, si interim copulam habuerint, non ferant; mares à fœminis, & filiæ post decennium à parentibus separatim cubare quàm prudenter curent, & moneant; Parochiæ incolarum vitam, & mores investigent, ne superstitiones, & magicæ cantiones in populo sint.

Perrarò confitentes, initio Quadragesimæ admoneant, ne Confessionem differant in postremos dies, inquirant etiam turpiter viventes, usurarios, concubinarios, blasphemos, aliorum corruptores, superstitionibus, vel magicis cantionibus, si qui sunt, operam dantes, illosque, ut Populus revelet, hortentur, ac omni pietatis officio deterrere, & in rectam salutis viam, revocare conentur; Episcopo referant pertinaces, ut severiori disciplina in eos agatur, eosque taliter viventes ad nullum Sacramentorum ministerium adhibeant, inimicitias, odia, simultates, factiones pro viribus à sua Parochia abesse elaborent.

Quid ab ipsis exercendum circà rarò confitentes, & quomodo inquirendum de turpiter viventibus.

Pauperes, ac Viduas consilio, ac re adjuvare, aliisque piis personis commendare, oppressis à potentioribus auxiliari, Pastorum proprium munus intelligant.

Studeant consilio, & re adiuvare Pauperes, ac Viduas.

Vereantur Curati, quando Populus frequens est ad Confessiones, præsertim per octo dies, ante Natalem, ac Resurrectionem Domini, usque ad octavam munus prætermittere; sed his diebus in Ecclesia sint semper parati ad Confessiones excipiendas, ut suo exemplo alii Confessarii ad lucrandas animas Deo excitentur.

In diebus ante festa Nativitatis Domini, ac Resurrectionis sint assidui in Ecclesia ad Confessiones excipiendas.

Sæpissimè, acribus aliquando verbis adhibitis Populum admoneant, festos dies non ad commessationes, & lascivias, nec ad illicita pertractanda negotia, sed ad divina Officia, & conciones sacras audiendas, ad preces solvendas, & ad Dei beneficia recolenda, institutos; studeant in dies augere devotionem Populi, & Cleri, ut ad preces B. Mariæ

De dierum festorum observantia acriter quandoque moneāt Populum.

 per

persolvendas, ac Sanctissimi Rosarii Mysteria recolenda, ut iam tam laudabilis in tota Diœcesi consuetudo viget, assiduè conveniant.

Sacrificium Missæ ab omnibus esse devotè audiendũ diebus festis, edoceant.

Moneant item festis diebus fideles omnes teneri sub mortali, neque puellas nubiles, vel Viduas, vel alio malæ consuetudinis titulo excusari, sacrificio Missæ devotè, & attentè, non stantes, non colloquentes, sed religiosè duobus genibus flexis, interesse.

De observantia Quadragesimalis Jejunii præmotiones habendæ.

Remoneant item fideles, quam sanctè observandum Quadragesimale jejunium, & Pastoralium literarũ præscripta ratione, & quàm religiosè colenda sacra illorum tempora, rursùs instruant, quàm devotè, quàm humili, ac demisso habitu in Supplicationibus, Litaniis, Processionibus sit procedendum.

Denuncient festa, & jejunia, quæ per hebdomadam occurrunt.

Inter Missarum solemnia, vel in Missa principali, quando frequens est Populus, festa, & jejunia per hebdomadam observanda, denuncient.

De summa reverentia Ecclesiis debita, sermonem faciant.

Quæ de Ecclesiarum reverentia sancita sunt, intrepidè executioni mandare, non detrectent, quove pietatis studio in Ecclesiis manendum, edoceant.

Sacræ Scripturæ verbis non abutendum.

Sacræ Scripturæ verbis, ac sententiis ad locum, vel, quod absit ad superstitionem abuti, nimis absurdum, ac impium proclament.

Ad Ægrotos accedant etiam nõ vocati, & quid cum eis agendum?

Ægrotos non vocati, etiam invisant, & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant, aqua benedicta illos aspergant, recitent Psalmos, & Preces, leniter moneant, ut spem omnem in Domino Deo ponant: Sacramentis, dum sensus vigent, se muniant, inimicis indulgeant, de substãtia disponãt, eleemosynis peccata redimãt nunquam de Dei misericordia desperent, nec illos usque ad exitum animæ deserant, memores in illa extrema necessitate, ad omnes charitatis actus teneri, & gravissimum Dei judicium subituros, si auxilii Pastoralis defectu animæ sibi commissæ pereant, Extremam Unctionem ipsi, nisi justè impediti, ministrent. Væ væ Pastoribus, si eorum negli-

gen-

gentia perierint oves, de manibus eorum ex quiret Sanguinem supremus Pastor, quam diligenter attendant Ecclesias sibi commissas, exteriori etiam ornatu, & nitore à fidelibus revereri, tanquam Sponsas ornatas viris suis.

Extra Parochiam nunquam discedant sine causa, & licentia in scriptis, per triduum tamen abesse ex legitima causa licentiam à Vicario foraneo concedi posse indulgemus, id tamen per rarò sub pœnis in Sacris Canonibus, & aliis nostro arbitrio, non residentibus constitutis. Absentia eorum extrà Parochiā quomodo permittenda?

Ter saltem celebrent in hebdomada præter dies festos, sub pœnis &c. Singulis hebdomadibus salterm ter sacrū faciāt.

In dicta Synodo, orationes publicas ad Christianā disciplinam restaurandam instituant, solemni Spiritus-Sancti Missa prima die festiva celebranda. Indicta Synodo, Missam solemnē celebrent prima die festiva.

Nisi Episcopus alteri demandarit, semel in hebdomada convenientibus omnibus Ecclesiasticis summam Toleti, vel Navarri ordinatè exponant vulgari sermone, Casus reservatos, & Bullam Cænæ ex prescripto pariter populo explicabunt. Semel in hebdomada aliquam summam Casuū conscientiæ explicent.

Bibliam Sacram, Catechismum Romanum, Tridentinum Concilium, Summam Toleti, & Navarri, vel alias similes summas habeant sub pœna decem aureorum. Qui libri ab ipsis habendi.

Constitutiones Synodales editas, & edendas habeant, illas Clero semel in mense exponere, & explicare ordinatim stata die, & hora teneantur, & quo maximo poterunt studio, illas in omnem executionem, & usum introducere contendant: eodem pariter modo Curiæ vel Episcopi mandata, & Visitationis decreta in peculiari libro trāscribenda, qui cum aliis tempore Visitationis præsentari debeat, denuncient, atque ad observantiam inducant. Constitutiones Synodales tum editæ, tū edēdæ habeātur ab eis, & singulis mēsibus Clero exponantur.

Singulis, vel saltem alternis mensibus teneantur Episcopo scribere de statu animarum, & suarum Ecclesiarum, ac de observantia decretorum Synodalium, juxta formulam scribendi, sermones ha- De statu animarum scribant Episcopo.

bitos ad Populum aliquando ad Episcopum transmittant.

Aquam lustralem renovent, & benedicant singulis Sabbathis, vel Dominicis.

Aquam lustralem benedicere, & renovare singulis Sabbathis, vel Dominicis non prætermittant; libros habeant Parochiales ad præscriptum Ritualis.

De Statu animarum liber conficiatur, & renovetur, transmittendus ad Curiam, & in Archivo reponendus.

Quotannis librorum Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum copias authenticas conficere, & Statum animarum renovare, & ad Curiam in Archivo reponendas transmittere non obliviscantur, sub pœna duorum aureorum, & hoc mense Januarii.

Inventarium omnium bonorum propriæ Ecclesiæ conficiāt.

Librum mobilium, & immobilium, ac reddituum Ecclesiæ conficiant, Legata omnia in favorem suæ Ecclesiæ incolarum memoria *adnotent*, quæ in dies legantur, quam primùm exigant, ac Notarios moneant, ut si quid Ecclesiis legatum habeant, in suis scripturis revelent.

Archivum constituatur à Rectoribus Ecclesiarum in loco tuto, & apto, ubi scripturæ illius Parœciæ conserventur sub duabus clavibus.

Curent omnes Rectores Ecclesiarum, sub pœna decem aureorum, ut infrà quatuor menses ad summum Archivum scripturarum in unaquaque Parochia constituatur in loco tuto, & apto, duabus clavibus obseratum, quarum una sit apud Rectorem, altera apud eligendum singulis annis à Capitulo, ab Episcopo confirmandum, hi sine facultate Capituli *nequeant* extrahere scripturas sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, neque scripturas tradant, ut si is qui illas receperit, se recepisse subscribat in libro ad id deputato, mox restituantur, & reponantur facta fide in eodem libro restitutionis, in hoc Archivo quantum fieri poterit, reponantur omnes Scripturæ, saltem copiæ authenticæ Beneficiorum cum Indice, & Inventario. Cum autem Beneficiati diem obierint, teneātur hæredes, Scripturas omnes ad Beneficia pertinentes, nisi sint jurispatronatus, Archivariis illius loci deferre sub pœna excommunicationis latæ sētentiæ infra decem dies, mandantes Confessariis, ut Beneficiatos moriente inducere studeant ad consignandas Archivariis scripturas.

Hæredes alicujus Beneficiati teneantur scripturas ad Beneficiū pertinentes deferre Archivario illius loci.

Li-

Liber portionum, & partitionum, quæ Clericis, Sacerdotibus, & Ecclesiis, & mensæ ex decimis, & collectis quotannis distribuuntur, in codicem redacti ibidem reponantur, quæ omnia eodem modo servari à substitutis Rectorum, mandamus. *Libri portionum & partitionum, redacti in Codicem reponantur in Archivo.*

De Dignitatibus.

Dignitates, & Canonici, tàm Cathedralis, quàm cæterarum Collegiatarum, vel Capitulorum juxta Sacros Canones, & Sac. Conc. Trid. Decreta in propriis Ecclesiis personaliter resideant, sub pœnis à jure statutis, & aliis nostro arbitrio. *Dignitates, & Canonici residere tenentur.*

Dignitas Primicerii, vel Cantoris ad gubernandum Chorum, & quæ in eo dicenda, vel canenda sunt, ordinandum instituta. Primus à sinistra parte Chori sedeat, ordinatè, ac suo tempore omnia distribuat; jubeat præparari libros, & ubi incipiendum, ubi canendum in libro, & non extra librum indicet, intonet Psalmos, & Hymnos, saltem, & suo Choro antiphonas, & lectiones commendet; in his verò ordinandis Ecclesiarum cõsuetudini standum esse decernimus. *Munus Primicerii.*

Pro regulando Officio Divino habeat ordinariũ Romanum cum Kalendario festorum propriæ Ecclesiæ. *Habeatur Ordinarium Romanum cum kalẽdario festorum ab ipso Primicerio.*

Sub cantor, & qui vices Cantoris, & munus suppleat in absentia Cantoris, deputetur. *Sub cantor deputetur.*

Majoris Sacristæ officium erit, sacras Reliquias, ac sacra vasa fideliter, & accuratè custodire: Paramenta, & ornamenta Altarium, & Ecclesiarum tutis locis asservare; usum, & scientiam rerum Ecclesiasticarum habeat, ut quo studio Ecclesiastica suppellex custodienda, & quo ordine, & tempore mutanda sit, cognoscat, adhibito unius, vel duorum Clericorum ministerio *Munus Sacristæ majoris.*

Præcipuè curet, fores Ecclesiæ, & Sacristiæ, nec non Armarii seras firmas, & solidas, ac suis temporibus claudi. *Sedulò incumbat ad custodiã Ecclesiæ.*

Lumina, & lampades coram Sanctissimo Eucha-

Nec non ut lampades sēper ardeant coram SS. Eucharistiæ Sacramento,& Reliquiis Sanctorū.

ristiæ Sacramento, Sacrisquè Reliquiis non deficiant; ut Olei Sancti vascula, Calices, Pixides, cæteraquè vasa sacra in suis Armariis reclusa, diligenter serventur; singula ornamēta Ecclesiæ in suis loculis distinctè asservata, ut, cum opus fuerit, sint omnia prompta, & parata; ut Campanæ pro Horis Canonicis, & Salutatione Angelica, ac pro solemnitatum varietate horis, ac temporibus debitis, ut moris est, eodem modo semper pulsentur; studeat autem in omnibus nitori; nimis enim videtur absurdum diù deplorandum, in rebus Ecclesiasticis tantas sordes negligere.

Nomina Sacerdotum sint descripta in Tabella, deputetur singulis Sacerdotibus hora pro celebratione Missarum.

In sacristia Sacerdotum nomina in Tabella scripta sint; unicuiquè detur hora celebrandi, quæ per hebdomadas, vel menses ad libitum mutetur, ne omnes simul celebrantes concurrant: Nemini permittatur celebrare, nisi suo loco, & tempore: Extraneos sine facultate celebrare non permittat; In diebus ferialibus Missam auroræ celebrandam

Sacra suppellex munda,& nitida servetur.

curet, in defectu designati, ipse per se, vel per alium suppleat; ut paramenta, & linteamina sint integra, & munda (cum res postulaverit) reficiantur, sub pœnis, &c. & ne aliquid depereat, inventarium totius suppellectilis Ecclesiæ conficiat singulis annis, & antequàm exercere munus incipiat, à prædecessore, vel à Rectore illud accipiat, aliàs suis impensis deperdita reficiantur.

Aqua lustralis, in labris nitidis conservanda.

Aqua lustralis singulis hebdomadis renovata, in nitidis labris conservetur.

In Sacristia nunquam deficient manutergia, habeantur duo bireta pro Sacerdotibus extraneis.

Ad abluendas manus Sacerdotum aqua cum manutergiis singulis hebdomadis permutandis in Sacristia nunquam deficiat; ne Sacerdotes lutulentis, ac valde laceris calceis celebrare permittat; crepidas in communi, vel in particulari omnes habere, in sacristia conservandas curet; unum, vel duo habeat birreta pro Sacerdotibus extraneis, ne nudo capite ad celebrandum prodeant, quod Sanctissimè prohibetur.

Ampullæ vitreæ sint mundæ, & inter se pares.

Ambullæ vitreæ &c. sint inter se pares, & sufficientes, quotidiè abstergantur, sub pœna duorum ca-

carolenorum, si sordidè reperiantur.

Post celebrationem Missarum paramenta omnia mundata, ac plicata suis locis ritè dispolita, reponi mandet, sub pœna arbitrio nostro.

Paramenta Sacra post celebrationem Missarū reponenda suis locis.

Semel in hebdomada, vel saltem bis in mense lixivio, & sapone laventur Calices, & Purificatoria mutentur; Altarium verò linteamina, ac Sacerdotum indumenta saltem semel in mense. Bis in hebdomada scopis mundanda est Ecclesia.

Calices laventur singulis hebdomadis.

Thesaurarii officium erit, portiones decimarum aliorumque Ecclesiasticorum fructuum, & emolumentorum unicuique fideliter distribuere, libros dati, & accepti cum summo ordine conficiat; nec non rationem singulis annis mense Septembri, tribus Capitulariter Electis reddat; ac Scripturas omnes in Archivo asservandas tradat.

Munus Thesaurarii.

Vas peculiare, in quo vasa sacra, purificatoria, & corporalia abluantur, in Sacristia repositum habeatur.

Vas peculiare habeatur pro ablutione Corporalium.

Hostiæ vigesima quaque die ad summum confectę, ac in vasis mundis conservatæ, forcipibus, & instrumentis ad id tantùm paratis tondeantur.

Hostiæ pro Sacrificio Missæ quomodo conficiendæ, & tondendæ.

Sæcularium commercia, Sacerdotum, & Clericorum colloquia, & strepitus à Sacristia amoveat, in Oratorio ad Missæ præparationem, & gratiarum actionem accomodato Tabellam Orationum præparatoriam ad Missam, apponat.

Colloquia, & strepitus à Sacristia omninò eliminentur.

Pro Missis solemnioribus omnia necessaria disponat; obligationes Missarum celebrandarum in libro, & in Tabella scriptas habeat, ut suo tempore celebrentur: Sacristarum minorum, eorumque munerum solicitudinem habeat, ne eorum incuria, & negligentia aliquid depereat, vel malè conservetur, vel à tineis absumatur, & detrimentum aliquod paramenta patiantur, ipsis de omnibus rationem reddituris, ac pro omnibus defectibus pœnas subituris.

Disponantur singula pro celebrandis Missis solemnioribus.

Missarum obligationes sint descriptæ in Libro & in Tabella.

Diebus festivis in Sacristia superpelliceo indutus semper adsit, ut indumenta, ornamenta, libri eaquè omnia, quæ ad usum Divinorum Officiorum

H sunt

sunt necessaria exponantur, & subordinati Ministri proprium munus exequantur.

Pœna excommunicationis latæ sententiæ cōtra eos, qui Ecclesiastica suppellectili in proprios usus utuntur.

Sacra Ecclesiæ suppellectili in proprium, & aliorum usum uti, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, prohibetur.

De Magistro Cæremoniarum.

Magistri Cæremoniarum necessitas.

AD Divinum cultum augendum, Clerique in Divinorum Officiorum celebratione studium adjuvandum, plurimùm confert Magister Cæremoniarum, qui in ministeriis Ecclesiasticis eruditus, & Cęremoniarum regulas edoctus, graviter in omni actu se gerat, & cæteros vitæ, & morum gravitate præcellat.

Præficiatur Magister Sacrarum Cæremoniarum in unaquaque Ecclesia.

In unaquaque igitur Ecclesia præficiatur Magister Cæremoniarum, qui cuncta providere, maximè in solemnioribus debeat, ut loco, & tempore omnia sint disposita; Altaria decenter ornata, & Ecclesia munda; Rectorem, & majorem Sacristam sæpè a consiliis habeat, ne mutuò se impediant; Ministros, & Celebrantes moneat, & patienter instruat; errata modestè submissa voce, vel solo nutu corrigat, si levia sint, transeant; Clericos juniores si incompositos, Cæremoniis non attendentes, vel immodestos, arguat, & increpet, ac Vicario foraneo puniēdos deferat, si opus fuerit. Diligēter observet, ministrantes in Altari sint sacris vestibus decorè induti; Albam æqualiter in terram fluentem habeant, vestes communes tegantur, Planeta, & Stola collum non tangant, ne sordibus maculentur.

Munus ejusdem.

Invigilet super Ministris Altaris.

Arceat Laicos à Choro, & strepitus ab Ecclesia.

Arceat laicos a Choro, pueros in Ecclesia strepitare prohibeat, dum Divina celebrantur, si id Rectores, & Vicarii negligant.

Comitetur Concionatores, & prævideat functiones agendas.

Concionatores ad suggestum comitabitur, præcipuè in festis diebus; Cęremonias in Synodis, & Visitationibus, cæterisquè Episcopalibus functionibus agendas prævideat; Processiones omnes dirigat, ut ordinatè fiant, à nullo perturbentur, ut debita distantia, gravi incessu progrediantur; viæ om-

omnes, per quas transire debet processio, bene mundentur, atquè omnia, quæ de Processionibus in Rituali, & Cæremoniali præscribuntur, diligentissimè observanda, studeat.

Sacris Ordinibus initiandos, & primam Missam Celebraturos diligenter instruat, ac præscripta in Cæremoniali ad Magistrum Cæremoniarum spectantia, pro suo munere observet; is in Clericorum conventu semel per hebdomadam Missalis, & Breviarii Rubricas, & Regulas, nec non Cæremoniali Episcoporum, & Ritualis interpretari debeat, eoquè tempore errata ab omnibus in ministerio Sacramentorum adnotata ingenere omnes commonere poterit; nec audeat quis impugnare, sub pœna unius aurei.

Instruat Ordinandos, & primam Missam Celebraturos.

Interpretatione Rubricarum exponat, & commoneat de eorũ erratis Sacerdotes.

Constituatur etiam Magistri Cæremoniarum Adiutor, saltem in sacris initiatus, qui illo absente vices suppleat; & quæ à Magistro majore ordinantur, exequtioni mandare studeat.

Adjutor Magistri Cæremoniarum constituendus.

Magister Cæremoniarum in Cathedrali studeat nova habere decreta, quæ in dies statuuntur de Celebratione Missarum, ut suis temporibus celebrentur, curabitquè de his alios Magistros Cæremoniarum per Diæcesim certiorare.

Magister Cæremoniarũ in Cathedrali habeat nova decreta, ac de ipsis certiores faciat alios per Diœcesim.

De Vita, & Honestate Clericorum.

EX *debito* nostri Pastoralis officii, majori, *quo possumus* studio, vitæ, & honestati Clericorum invigilantes, ut qui in sortem Domini vocati sanctitate, & virtutum splendore fulgeant, & nemini dantes ullam offensionem, non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus se exhibeant, ut ministros Dei; hæc ad illorum mores corrigendos, & Clericalem disciplinam instaurandam à sacris Canonibus, et Constitutionibus Sanctorum Patrum, & nostræ Diæcesis excerpta sancimus, & innovamus.

Statutá pro Vita, & Honestate Clericorum.

Clerici omnes cujuscumque gradus, & dignitatis sint, vestes talares nigri coloris desuper clausas, & præ-

Vestes talares nigri coloris.

In veſtimentis caveat Eccleſiaſtici, tum nimiã elegantiam, tum abiectum negligentiam.

& præcinctas diù noctùque ſemper deferant; in veſtibus interioribus, & exterioribus ſicut nimia elegantia, aut ſæcularis pompa, ſic nimis abiecta negligentia, vel affectatæ ſordes interdicuntur; ſub pœna noſtro arbitrio, calceis nigris, vel ſaltem cera obductis utantur.

Clerici ſuperpelliceo, & Birreto uti debent ſolùm in Eccleſia, & veſtes habeant talares.

Clericalem Tonſuram quatuor digitis Sacerdotes, cæteri pro ratione Ordinis latam, & conſpicuã ſemper deferant, ſub pœna duorum carolenorum, præter illas à jure conſtitutas, birreto, ac ſuperpelliceo integro, mundo, in Eccleſia tantùm, uti debeant; pauperes, ac rurales Clerici ſaltem ultrà genua protenſas deferant veſtes, in publicis tamen, ac ſacris Functionibus, talaribus utantur, ſub pœna ſequæſtrationum fructuum, & diſtributionum: mãdantes proinde Theſaurariis, ne fructus diſtribuãt, niſi à Vicariis noſtris facultatem habeant.

Tonſura Comæ, & Barbæ quomodo habenda.

Barbam, & comam modeſtè tondeant, & pili ſuperioris labri ità excidantur, ut ſacri ſumptionem Sanguinis non impediant, nec ità extollantur, ut ſæcularem militiam redoleant: cincinnos circà tempora, & collum omninò excidenda mandamus, ſub pœna noſtro arbitrio.

Interſint diebus feſtis celebrationi Divinorum Officiorum.

Clerici omnes, & ſi non adſcripti ſervitio Eccleſiæ diebus feſtivis ſaltem, ſuperpelliceis mundis, birretis, & veſtibus talaribus, aliàs ut abſentes punctentur, in majori Eccleſia Divinorum Officiorum celebrationi interſint, ac deſervire debeant, cum à Magiſtro Cæremoniarum, vel à Rectore Eccleſiæ eis fuerit injunctum, ſub pœna privationis Clericatus, ac reſtitutionis Gabbellarum, ſuperpelliceis induti Sacrificio Miſſæ deſerviant.

Ad Sacras conciones accedant.

Ad ſacras conciones omnes accedant, & in loco pro Clericis parato tantùm ſedeant, ſub pœna arbitrio noſtro.

Quilibet Sacerdos habeat Albam, & crepidis mundis utatur in Eccleſia.

Quilibet Sacerdos conficiat ſibi Albam, & crepidas habeat mũdas in Eccleſia tantùm utendas. Superpelliceum non lacerum, non ſordidum, ſed integrum, & mundum, ſub pœna duorum carolenorum omnes habeant, in refectione temperantiã

& mo-

& modestiam, sicut sanctos decet, observent. Benedictionem mensæ præmittant, & gratiarum actionem *in fine non prætermittant:* aleis, ac taxillis ludere, aliosque ludos hujusmodi spectare interdicimus, sub pœna decem aureorum, si quando recreationis, & exercitationis gratia, permissis ludis ludant, *id nè notabili pecunia*, neque publicè fiat: æstivo tempore post primam horam noctis; hyemali post secundam sine lumine, nec sine justà causa vagentur, nec cantilenas decantare, vel instrumenta musica pulsare, vel cantantibus se immiscere quoquo modo liceat, sub pœnis eisdem.

Interdicitur illis ludere, vel spectare ludentes.

Noctis tempore ne vagentur.

Circulos platearum caveant, nec Sæcularibus sè immisceant, nisi charitate, vel necessitate compulsi, ut Ecclesiasticæ dignitati honor debitus exhibeatur.

Fugiant Sæcularium consuetudinem, & circulos in plateis.

In Laicorum famulatu sine nostra licentia nullo pacto deserviant, sub pœna privationis fructuum, & Beneficiorum.

Laicis non famulentur sine Episcopi licentia.

Procuratoris, & Advocati partes non sumant, nisi in causis pauperum, & miserabilium Personarum Nobis tamen consentientibus.

Laicorum munera Clericis in jure prohibita, & illicitas negotiationes, etiam per interpositam personam prorsus abjiciant, sub pœnis à jure statutis, & nostro arbitrio.

Munus Procuratoris, & Advocati non exerceant: neque illicitas negotiationes.

Ab omnium suspectarum Mulierum conversatione, familiaritate, cohabitatione, & ab ædibus eisdem contiguis omninò caveant: sub pœnis in sacro Con. Trid. statutis, & nostro arbitrio, cum Consanguineis ultrà secundum gradum ne cohabitent sine licentia Ordinarii, sub pœna arbitrio nostro: similiter Mulieres cantare, sonare, ac scribere, & docere interdicimus, fide alios jubere, aliena prædia conducere, in foro judiciali testimonium ferre sine nostri licentia, prohibemus.

Suspectarum Mulierum vitēt commercium.

Cum Consanguineis ultra secūdum gradum nō cohabitent.

Armorum usum omninò interdicimus sub pœna decem aureorum, & carceris; pro delatione eorum, qui vulgò dicuntur stilecti, & Archibuscetti ad remigandum per quinquennium in Triremibus

Armorum usus illis interdicitur.

San-

Sanctæ Sedis Apostolicæ irremissibiliter damnabimus; pro detentione verò eorum pœnam centum aureorum solvent.

A choreis, & conviviis sint procul.

Abstineant etiam à sumptuosis conviviis, luxibus, & choreis in Celebratione primæ Missæ.

Sacris vestibus induti nõ deambulent per Sacristiam.

Statis horis Divinum Officium persolvant.

Sacris vestibus induti, nec per Sacristiam deambulare audeant, à profanis colloquiis, deambulationibus, risu, clamore, strepitu in Sacristia, in Choro, & in Ecclesia, præcipuè dum Divina persolvuntur Officia, prorsus abstineant, nec extrà Ecclesiam superpelliceo induti exeant, nisi id munus requirat: statis horis Divinũ Officium sacris initiati attentè, & devotè persolvant, ne peccati mortalis reatum, & privationis, ac restitutionis fructuum, & Beneficiorum pœnam, prout de Jure, subeant.

Feria v. in Cœna Domini omnes Clerici & Sacerdotes in Missa solemni Pane Eucharistico reficiantur: Clerici omnes singulis mensibus & in festis solemnioribus.

Feria V. in Cœna Domini singuli Sacerdotes Stolis, & Superpelliceis induti, ac cæteri Clerici, cũ superpelliceis Corpus Domini in solemni Missæ Sacrificio sumant, aliàs punctentur, ac si abessent, nisi legitimè impediti; Clerici quicumquè etiam Diaconi, & Subdiaconi singulis mensibus, & in solemnioribus festivitatibus Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatæ Mariæ inter Missarum solemnia, prævia Confessione Sacra Eucharistia se reficiant, sub pœna arbitrio nostro usquè ad privationem Clericatus; & qualibet vice punctentur à Punctatore, aliàs, ut transgressores puniantur, à quo talis Sacramentorum usus fidẽ cum juramento habeant, quoties ad Ordines suscipiendos, accesserint.

In ministerio Sacramentorum errores vel levissimos caveant.

In ministerio Sacramentorum, præcipuè in actione Sacrificii ab erroribus, vel levissimis caveãt, à Cæremoniis in Rubricis & Ritualibus præscriptis nullo pacto discedant, Secreta nunquam memoriter, sed distinctè, devotè, & attentè in Missali legant, ad statas lectiones, vel literarum tractationes, & conciones convenire, sub pœnis impositis non detrectent; Librorum spiritualium lectione mentes, & animos pascant, libros de obscœnis rebus abiiciant; similiter indecora, ac turpia, tanquam

quam blasphemias abhorreant, maledicta, obtrectationes, compotationes, commessationes laicales evitent.

Clerici minores majores vereantur, & observẽt, & monitionibus precipuè Rectoribus Ecclesię, ac Vicariis foraneis obtemperent, sub pœnis arbitrio nostro.

Reverentia a minoribus exibeatur maioribus Clericis.

Extrà Terram discedere sine facultate Vicarii, præcipuè in diebus festis, non audeant sub pœnis arbitrio nostro, extrà vero Diœcesim discedentes ultrà tres dies, pro prima vice pœnæ duorum aureorum subjaceant, pro aliis vicibus arbitrio nostro.

Sine licentia nemo ex Clericis discedat extra Diæcesim.

Quilibet *Beneficiatus*, vel Cappellæ serviens librum *bonorum*, mobilium, & immobilium conficiat, in Synodo, ac Visitatione præstandum.

Beneficiati habeant librum bonorum fivè mobilium fivè immobilium.

Clerici in Sacris constituti, & Sacerdotes juvenes cantus plani studio incumbant, sub pœna arbitrio nostro.

Addiscant cantum planum.

Clerici in minoribus, sub pœna privationis Clericatus scholas Grammaticæ assiduè frequentent, cæteri studia graviora amplectantur, ne repellentes scientiam, à Sacerdotio, ac Divino munere repellantur, libros habeant necessarios, præcipuè Conc. Trid. Summam Toleti, Doctrinam Christianam, Catechismum Romanum, in Visitatione præstandos, & quotidiè legendos, aliter suis impensis ementur; Clericis, quibus visum fuerit, facultate obtenta in scriptis, permittatur Ancillę famulatus; sit tamẽ illa quinquagenario major, & aliàs pudice vixerit, ut nulla prorsus suspicio haberi possit; Clericos concubinarios, sivè publicos, sivè secretos Excommunicationis latæ sententiæ pœna innodamus, ac notoriè fornicantes sine dispensatione ad majores Ordines nullo pacto admitti decernimus; Si quis verò cum pluribus deliquisse comprehendetur, pœnas Cõcubinariorum subire decernimus.

Scholas Grammaticæ frequentent.

Summa Casuum conscientiæ alicujus probati authoris habeant.

Excommunicationis latæ sententiæ pœna in Clericos concubinarios.

Nulli Clericalem, vel Hemeriticum cujuscumquè formæ habitum sine Episcopi concessione sumere, nec dimissum sine eadem licentia reassumere liceat, sub pœna privationis ipso facto.

Nulli liceat habitum Clericalem deferre, neque Heremiticũ assumere sine licentia.

Ad

Inconsulto Episcopo nullus habitum Clericalem dimittat.

Ad tollendas controversias, quæ possint oriri inter Ecclesiasticos, & sæculares Judices super dimissione Habitus, mandamus, quod nullus audeat dimittere habitum, & Tonsuras Clericales, inconsulta *Episcopali Curia* sub pœna decem aureorum, nec ullus sæcularis intelligatur, nisi formiter Clericatum renunciarit.

De Monialibus.

Commendatur status Monialium.

VT Sacræ Moniales Virgines, nostrarum Diœcesum novella germina, sanctitatis germenpium, & examen novellum, flos nostri honoris, & fructus laboris, gaudium, & corona nostra, à fervore spiritus, quo inchoarunt, non tepescant, sed in dies majores, & uberiores Sanctitatis fructus ad Dei gloriam, & Populorum ædificationem edāt, summoperè invigilandum duximus. Vt igitur illæ, quæ spretis Mundi illecebris se summo Deo dicarunt, à Dei servitute non abstrahantur, & quietè vitam in sacrosanta Clausura, in Divinis contemplationibus traducere possint, mandamus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, tàm Clericis, quàm Laicis, ut nemo absque nostra licentia, vel nostri Vicarii, in scriptis obtenta, cum illis alloqui audeat; vel (quod Deus avertat) circà Monasterii mœnia cantare, vel instrumenta musica pulsare.

Pœna excommunicationis latæ sententiæ cōtra alloquentes cumMonialibus, vel cantātes circa earum mœnia.

Nullus Sacerdos celebret sine licentia in Ecclesiis Monialium.

Nullus item Sacerdos sivè sæcularis, sivè regularis in Ecclesia earum celebret, nisi prius à nobis, vel à Vicario nostro specialem obtinuerit facultatem.

Licentia renovanda bis in anno pro Medicis Monialium.

Medici, sivè alii, quibus generalis, sed in scriptis licentia septa Monasterii ob necessitates ingrediendi conceditur, bis in anno illam renovent, & cum primùm eliguntur, in manibus nostris, vel Vicarii nostri jurent hac forma.

Formula Juramenti præstandi à Medicis Monialium.

Io N. Medico, vel N eletto, e deputato per medicare nel Monasterio N. giuro ad Sacra Dei Evangelia, e prometto non entrare à mia voglia nel Mona-

na-

nasterio, mà ne i casi, che giudicarò di necessità per medicare all'inferme,& andarò à visitarle per la strada più breve,e sempre accompagnato. Quibus clausulis licentia concedatur.

Constitutiones pro regulari observantia, jam Deo dante editas, in præsenti Synodo confirmamus,& exactissimè observandas illis tradimus; mandantes Confessariis, & Vicariis nostris pro tempore ad illarum gubernationem electis, ut omni studio invigilent, ut executioni adunguem mandentur, ne dormientibus ipsis, inimicus homo in medio tritici superseminet zizania. Constitutiones pro Monialibus confirmantur.

Dotes, & alimenta pro egestate Monasterii, & temporum varietate statuuntur; modò verò dotis ordinariæ, & infrà numerum quantitas erit ducatorum tercentum numerata, & soluta pecunia ante professionem. Pro alimentis verò Educandarum, vel Novitiarum ducatorum triginta, solutione semestri anticipata; dotis verò extrà numerum erit sexcentum, pro alimentis quinquaginta. Dotes pro Monialibus statuuntur. Pro alimentis Educandarũ statuitur solutio.

De Seminario.

SEminarium Clericorum ex Conc. Trid. in qualibet Cathedrali instituendum, ut bonæ indolis,& probatorum morum Adolescentes ad omnem Ecclesiasticã disciplinã instruantur, Vndè Ministri ad inserviẽdum Ecclesiis idonei assumantur; quam per utile,& necessarium in nostris Diæcesibus comprobatum; sed ex defectu facultatum, & necessariæ substentationis inopia aliquando collapsum, jam à Nobis, Divina favente gratia, non parvo labore refectum. Vt verò diù permaneat, omnes Ecclesiastici Ordinis Viros in Domino hortamur, ut tàm laudabilis, atquè per utilis instituti memores esse velint. Et quoniam peculiare præceptum Domini habent, piè erogandi, quæ supersunt, ad ejus stabilitatẽ pro aliquo subsidio concurrere non graventur, præsertim cùm ad finem vitæ perveniunt; id etiam fidelibus suadere, omni affectu procurent. Necessitas, & utilitas Sacri Seminarii ex prescriptoS ac. Trid. Conc. Ad Subsidia pro manutẽtioneSacri Seminarii hortanturEcclesiastici.

Stu-

Studeāt etiam Rectores Ecclesiarum, ac Vicarii foranei, ut suis temporibus persolvatur taxa ad subsidium Seminarii per Nos & Prædecessores nostros confecta; sed Divina adjuvante gratia studebimus tàm à Mensa Episcopali, quàm à cæteris Ecclesiasticis Beneficiis majora subsidia petere.

Admittendi ad Seminarium, super quo examinandi, & cujus ætatis, & indolis esse debeant.

Pro Alumnorum educatione, & Seminarii gubernatione statuimus, ut antequam admittantur Adolescentes, de integritatæ vitæ, de legitimis Natalibus, & paupertate constet. Eligantur, qui docilem, & bonam indolem præseferant, non antè duodecimum annum, non ditiorum filii, nisi propriis alimentis, & eodem vitæ, & habitus genere, eisdemvè regulis vivere, & educari velint. Juramentum etiam præstent de observandis regulis jam editis, vel in posterum edendis, ac perpetuò permanendi in statu Ecclesiastico, quantùm in ipsis tunc est; & si quando ad sæculum redierint, Seminario persolvendi suæ educationis impensas.

Deputati pro Seminario eligēdi in Synodo, & eorum munus.

Deligantur Deputati in Synodo, qui de rebus Seminarii, ac de spirituali, & temporali gubernatione, ac de Ecclesiastica disciplina Clericorum bis in mense coram Vicario Generali, vel Episcopo congregati seriò consultent: alternis mensibus duo illorum, singulos Clericos, & Seminarii scholas, & officinas visitent, singula perscrutentur; quæ provideri indigeant, in Congregatione, vel Episcopo referant.

Regulę legantur: Rector probus præficiatur et Vice Rector.

Regulæ quam pluries legantur, explicentur, ac inculcentur: Rector Seminarii, vel ipso justè absente, vel discedente, alter Vicerector doctrina, & moribus præditus, Sacerdos præficiatur, diù, noctùque residea; ita nunquam, nec per momentum temporis Magistri, & Correctoris custodia Alumni careant: Vestes talares, & birretos mundos habeant in publicis functionibus tantùm utendis.

Alumni habeant vestes talares.

De Confratribus laicorum, & locis piis.

ADministratores Ecclesiarum, Capitulorum, & locorum piorum exhibeant infrà duos menses, sub pœna excommunicationis, statum omnium bonorum à quadraginta annis alienatorum, ut, si fortè malè sint alienata, vel conditiones appositæ, vel apponendæ nõ sint adimpletæ, opportunum adhibeatur remedium pecuniarum summæ, fœnori traditæ, super certis fundis statim hypothecentur, si non dum sint hypothecatæ. Administratores locorum piorum exhibeant statũ bonorum alienatorum à 40. annis.

Districtè etiam mandamus Prioribus, piorumquè Locorum Majoribus Officialibus, ut nullo pacto bona, nec pecunias, nec alia ipsi custodiant, nequè, ut necessaria dictis locis emant, accipiant; sed ea Procuratoribus, vel aliis mandent, sub pœna restitutionis omnium expensarum; libros tamen ipsi custodiant, & rationes sumptuum, & redditũum quotidiè exigant, & attentè videant, ne bona pauperum, & fidelium eleemosynæ, vel depereant, vel malè erogentur, strictam rationem Deo reddituri. Pecuniæ locorum piorum custodiendæ à Procuratoribus. Exigant rationes redditũum & expensarum.

Cappellarum, & Confraternitatum constituatur unus, aut alter fidelis Depositarius, qui bona, redditus, & credita illorum Locorum diligenter exigat, & fideliter custodiat, qui sine mandato Priorum, majorumquè Officialium in scriptis, nihil solvat. Prò impensis verò extrà ordinariis, conclusionem similiter in scriptis habeat omnium Confratrum, & approbationem Vicarii foranei; Constituatur item unus Procurator, qui ea, quæ necesse fuerint, expendat, ne Priores, vel Depositarii se immisceant, nisi ut rationem sumptuum videant. Depositarius instituatur pro custodia bonorum Cappellarum, & Confraternitatũ.

Nulli ex Confratribus, nec Depositario liceat, bonis dictorum Locorum uti ad sui, vel aliorum commodum, nequè pecunias, nequè frumenta mutuare, Nobis inconsultis, sub pœna excommunicationis. Bona locorum piorum non applicẽtur ad proprios usus Officialium.

Custos item unus fidelis eligatur, qui anima-

Custos fidelis eligatur animalium Cappellaræ, nec ea vendere audeat, fine approbatione &c.

lia omnia dictorum locorum custodire debeat, qui ea vendere nequeat, & etiamsi inutilia forent sine approbatione, & communi majorum Officialium loci, cujus sunt, aliorumquè tàm Laicorum, quàm Ecclesiasticorum, qui à Nobis cum opus fuerit, illa alienare pro illo tunc deputentur.

Conficiatur Inventarium omnium bonorum mobilium, & immobilium.

Infrà tres menses libros conficiat, seù Inventariū bonorum mobilium, & immobilium, quæ quælibet Confraternitas, vel pius locus ab antiquo possedit, & in actu possidet, quotannis comprobādum, quando novi Administratores eliguntur, in quo ad notentur, quæ in dies depereunt, vel legitimè alienantur, & in Archivo asservetur.

Item liber major dati, & accepti.

Conficiatur item liber major dati, & accepti, in quò distinctè, & ordinatè quotidianæ impensæ ex diurnalibus libellis desumptæ cum die, & mense describantur, item exactiones, & redditus, ac omnis introitus ratio, quem omnibus numeris completū singulis mensibus Vicario foraneo ostendere debeāt vel alteri à Nobis deputato, ut expensæ comprobentur, quoquè ordine ratio bonorum administretur, sciamus, & tempore Visitationis, & ad quamcumque aliam nostram instantiam statim rationes computi reddere possint, ne Visitatio protrahatur, & propriis impensis onus Visitationis subeant.

Locationes ad societatem, vel vēditiones quorumcumq; Animalium prohibentur in consulto Episcopo.

Alienationes, vel locationes in socitam, aut venditiones jumentorum, vel bestiarum inconsulto Episcopo, etiam in casibus à jure permissis fieri omninò, ut jàm pridem sancitum est, prohibentur.

Fructus ex redditibus Cappellarum quomodo erogandi ab Officialibus illarū statuitur.

Et licet pluries Synodalibus Constitutionibus sancitum sit, quod Priores Confraternitatum nihil possint erogare ultrà impensas ordinarias absque licentia Episcopi, cum ex constitutione præsertim Clementis VIII. eleemosynæ, & alia Christianæ Charitatis subsidia, juxtà modum, & formam per Ordinarium præscribendam, excipienda sint, & ejusdem arbitrio eroganda, & in pios ejusdem Confraternitatis usus distribuenda, in præsenti tamen Synodo concedimus, quòd fructus, & red-

redditus ipsarum Confraternitatum liberè erogare possint, nedum in usus, & reparationes, & ordinarias expensas, verùm etiam extrà ordinarias, si tamen rationabiles, facultatibus convenientes, & de consensu omnium Confratrum; conclusione à majori parte habita per vota secreta, & cum approbatione in scriptis Vicarii foranei, quod quidem concedimus, absque præjudicio coarctandi hanc facultatem aliquibus, vel omnibus, si meliori consilio videbitur.

Expensæ quomodo faciendæ, ut in redditione computorũ admittantur.

Si Confratres nullo tempore congregentur, expensæ, ut suprà, fiant de consensu octo à Nobis Deputatorum, Vicarii foranei, & Archipresbyteri, vel Abbatis, aliàs impensæ nullo modo in redditione computorum admittentur.

Nihil impendatur pro Choreis, & Palliis ex pecuniis Cappellarum.

In Commessationibus, Choreis, & Palliis, quæ fieri consueverunt in festivitatibus, nihil impendatur ex pecuniis dictarum Confraternitatum sub pœna eadem, & aliis, nisi ex antiqua consuetudine aliquid impendi à Nobis, spetialiter approbatum fuerit.

Occurritur jacturæ bonorum Cappellarum, & aliorum piorum Locorum.

Cum bonorum Confraternitatum piorumque Locorum jacturam, Administratorum culpa, statis evidenter in Diæcesibus nostris magno animi dolore, pluries pluribus in locis perspexerimus, ex mandato sacri Concilii Trid. Summorum Pontificum rectæ, & fideli eorum bonorum gubernationi invigilantes, ut tantæ jacturæ, eo, quo possumus, modo occurramus, quæ sæpiùs, sancita, innovata, ac alia quædam à nobis ad bonum dictorum locorum regimen excogitata, exequtioni mandari, strictissimè præcipimus.

Eligantur singulis annis novi Administratores.

Electioni Officialium, qui debeant interesse.

Administratores quorumcumque Locorum piorum, & Confraternitatum, singulis annis statis temporibus novi eligantur, de consensu majoris partis Congregatorum cum interventu Curati, vel Vicarii foranei; iis, ad quos vel eligere, vel electores cõgregare spectat sub excõmunicationis pæna præcipientes, ut elapso anno ad novam Administratorum electionem procedant; eligantur viri probi, & sedu-

Formula eligendi præscribitur.

duli ad exequẽdum injũctum munus; actu Officialium ne sint consaguinei, nequè Confraternitatum debitores, ut omnis collusionis, vel fraudis suspicio evitetur; aliàs electionem ipsam ex nunc pro tunc invalidam declaramus; de consensu duarum partium Electorum cum Ordinarii facultate pro una tantùm vice iidem possint confirmari; Electi, ab Episcopo confirmationem petant, & jurent ad Sancta Dei Evangelia in manibus Vicarii de recta administratione bonorum, aliàs munus non exerceant.

Absoluti ab Officio rationem reddant infra octo dies.

Prædecessores infrà octo dies à dimissione Officii, teneantur noviter Electis rationem reddere administrationis, præsente Vicario foraneo, & realiter consignare inventaria, libros, & scripturas spectantes ad dictum locum, quæcumquè etiam bona, vel pecunias, si quæ habeant; quod si neglexerint, pœna excommunicationis coerceantur.

Confraternitates de novo nõ erigendæ sine licentia Episcopi.

Moderatores Confraternitatũ præsentent Episcopo Regulas &c.

Nullus prætereà, quavis auctoritate præfulgeat, absque licentia Episcopi, & institutorum, ac regularum approbatione, ex constitutione Clementis VIII. Laicorum Confraternitates, vel alia pia opera erigat, vel instituat; Confraternitatum, & Societatum jam erectarum Moderatores teneantur infrà duos menses statuta, onera, regulas, & consuetudines, tàm approbatas, quàm approbandas Ordinario præsentare. Quarum omnium copia authentica in Archivo Curiæ asservetur; Tabella in qua describantur onera Confraternitatis, in publico loco habeatur.

Nulli liceat quęstuare sine licentia Episcopi.

Nulli cujuscumquè conditionis, Confraternitatis, vel Oratorii quæstuari liceat, sine Ordinarii facultate, sub pœna Carceris, quam Vicarii foranei diligenter exequantur.

Evulgentur pręfata decreta in Congregatione Cõfratrum à Vicariis foraneis.

Quæ omnia sic decreta in Congregatione Confratrum debeant ipsi Vicarii foranei diligenter evulgare, ut nullo ignorantiæ prætextu excusari queant.

De

De Hospitalibus.

HOspitalia ad formam præscriptam à sacro Cōc. Trid. gubernentur; Hospitalarii singulis annis præficiantur: ſtramēta lectus conserventur pro advenis pauperibus, & peregrinis tantùm: Istriones, Circulatores, & alii hujusmodi nullo pacto admittantur sub pœna Excommunicationis, & aliis arbitrio nostro, id circo mandamus Hospitalariis, ut neminem sine approbatione Vicarii foranei admittant. Modus pro recto Hospitalium regimine. Hospitalarii nullū admittant sine approbatione Vicarii foranei.

Vicarius foraneus adhibito consilio, & auxilio Archipresbyteri, & aliorum, conficere curet infrà duos menses librum fundationis, eo modo, quo fieri poterit, in quo notētur mobilia, & immobilia Hospitalium, ac legata ab ipsa fundatione facta, omnes scripturas ad dictos locos pertinentes in unum colligat, & in Archivo majoris Ecclesiæ reponat. Fiat liber fundationis, & Inventarium Hospitalium, & reponatur in Archivo majoris Ecclesię.

De Ritu Græcorum.

QVoniam Græci quidam, vel Albanenses in Terra Casalis veteris nostrę Diæcesis commorantur, mandamus, ut ab ipsis, & eorum Presbyteris serventur Instructiones in materia Sacramentorum, & aliorum dogmatum à Clemente Papa octavo, hac de re jam pridem editæ, edicta item à Nobis promulgata, & in futurum promulganda, exequutioni demandentur. Quid servandum à Grecis commorantibus in Terra Casalis veteris.

Caveāt ne Defunctorum corpora in Ecclesia, devastando pavimētum, sepeliantur, sed in Cęmeteriis, vel sepulturis more latinorum, integumento lapideo, munitis, reponantur. Quomodo, & ubi eorum cadavera sepelienda.

Quoad fieri poterit, aliquis ex pueris græcis in Seminario educabitur, ut secundum verum ritum Græcorum, vel latinum, in divinis possit eisdem inservire. Educatio in Seminario alicujus ex pueris Gręcorum.

Mādamus item Vicario foraneo, pro tempore in Castronovo existenti, ut observantiæ dierum festorum Vicarius foraneus invigilet pro observantia festo-

Festorum adimplenda à Grecis.

rum,& solennitatum in dicta Terra Casalis veteris invigilet, ac pœnas à violatoribus exigat.

Olea Sancta accipienda sub Ritu latino.

Olea Sancta à Ritu latino omninò accipiat, sub pœna nostro arbitrio, ut jam pridem mãdatum fuerat in Synodo majoli 60.me.

Greci accipiant Sacramẽta à Sacerdotibus latinis, donec &c.

Donec de Curato idoneo secũdum ritum Grecorum provideatur, à Sacerdotibus latinis suscipere omnia Sacramenta teneantur; Archipresbyter Castrinovi ex proprio munere sæpiùs adeat dictum Casale, Doctrinam Christianam doceat; Parentes, & pueros, & puellas conducat, admoneat, & criminosas, & qui præcepto annuæ Communionis non satisfecerunt, exquirat omni via; & Curiæ pro opportuno remedio, quos compererit, deferat.

De Foro Episcopi.

Leges servandæ pro foro Judiciali.

IN prosequẽdis judiciis nostri Judicialis fori, hæc servanda decernimus.

Forma Citationis servetur, quæ ex consuetudine fori nostri servari solet.

Citatio ad valvas Ecclesiæ.

Si is, qui citandus est nequeat personaliter citari, vel nulli ex domesticis citatio dari possit, pro citato habeatur, si schedula citationis in valvis propriæ Ecclesiæ affigatur.

Ad proprium Judicem remittendi Clerici delinquentes alienæ Diœcesis.

Clerici alienæ Diæcesis delinquentes, vel contumaces cum primùm à proprio Ordinario citati fuerint, in carcerem coniiciantur, ut ad proprium Judicem remittantur.

Dilationes probatoriæ in causis summariis, & ordinariis quomodo habendæ.

In causis summariis, & ordinariis probatoriæ dilationes per dies continuos constituantur, ac utriquè parti communes esse intelligantur, prima dilatio in ordinariis dies octo, in summariis quinque, quod si ulteriores dilationes, semper breviores, nec ultrà tertiam concedantur, reprobatoriæ omninò breviores sint, & una tantùm, vel altera ad summum, non nisi ex legitima causa concedatur.

Pauperum causæ quomodo expediendæ; eligãtur Advocatus, & Procurator Pauperum.

Vt pauperum quibuscumquè sumptibus occurramus, Vicarii foranei nostri eas causas, quæ triũ ducatorum summam excedunt, summariè cogno-

scant

ficant, decidant, & exequantur, concedimus; Advocatus, & Procurator eligatur, qui in nostro foro miserabilium Personarum immunitati consulant.

Archivum Episcopale à Nobis confectum, duabus clavibus semper obseratum custodiatur à duobus à Nobis deputatis. Archivarii omnes conficere teneantur Indicem, & Inventarium Scripturarum in Archivo reconditarum, sub pœna nostro arbitrio: librum etiam habeant, in quo extractæ scripturæ notentur.

Archivum Episcopale quomodo, & à quibus custodiendum.

Index, & Inventarium scripturarum conficiatur.

Cancellarius quotannis Acta omnia in Codices distinctos referat, ac sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, nemo audeat, instrumenta, processus aliaquè scripta in Archivo asservata auferre, sub eisdem pœnis; teneantur omnes tradere instrumenta, & processus à Cancellariis Episcopalibus cōfectos, Archivariis in Archivo conservandos, nec sine licentia Episcopi scripturæ alicui commendentur, nec sine fide receptionis habita in libro ad id deputato, descripta. Conficiatur item à Cancellario Registrum edictorum, mandatorum Curiæ, & decretorum Visitationis.

Munus Cancellarii.

Nullus nostræ Curiæ Officialis sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, intuitu Officii quovis colore quæsito, audeat, aliquid petere, vel recipere, etiam spontè oblatum cujuscumquè generis munus, nec etiam esculenta, & poculenta, & aliis pœnis nostro arbitrio reservatis, quod etiam de Vicariis foraneis intelligi declaramus, vel si ultrà præfixam pannectam aliquid accipient Actuarii, qui solutionem talem factam novit, Nobis revelare debeat sub eadem pœna.

Munera nēquidem à sponte dantibus recipiantur.

Custos carceris nihil exigat, ut vulgò dicitur per il Portello.

Custos Carceris nihil accipiat.

Leves causas, miserabilium Personarum, Mercedum, Locationum, Beneficiorum, vel Censuum funeralium, Legatorum, & Decimarum sola facti inspectione, terminari mandamus.

Leves causæ sola facti inspectione terminādæ.

In causis violatæ Fidei omnes Ministri sint pro-

Juramentum Secreti dandum in Causis Fidei.

batæ vitæ, & quid quid norint, sub arctissimo servari secreto teneantur, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, ipsi etiam Advocati fidei zelatores sint, & tactis Evangeliis jurent servaturos secretum, & inquisitis suasuros, quantum in ipsis est, ut veritatem aperiant.

Actuarius conficiat librum pro mancipatis in carceribus.

Actuarius Curiæ librum habeat, in quo Carceratorum nomina, diem, & causam detrusionis diligenter adnotet.

Excommunicatio contra lædentes Officiales Curiæ Episcopalis.

Si quis Officialibus nostræ Curiæ, vel Diœcesis servientibus, injuriam, vel offensionem irrogare temerariè audeat, Excommunicationis fulmine feriatur, id etiam consulentes, & auxiliantes.

Donationes favore Clericorũ reponantur in actis.

Donationum contractus in favorem Clericorum facti, & faciendi reponantur in actis Curiæ.

Testamenta ad pias causas quomodo conficienda.

Testamenta ad pias causas à Confessariis, nisi præsente Archipresbytero non conficiantur, nec dispositiones piæ Infirmorum aliter audiantur.

Judices delegati quomodo admittendi.

Nullus Judex delegatus, vel Commissarius, etiã Apostolicus admittatur, nisi de expresso consilio Ordinarii ad evitandas fraudes, quod si de facto tale quippiam in aliquo Diœcesis loco tentaverint, Vicarius foraneus eos comprehendat, & ad Nos ut pœnas, quas merentur, luant, cautè transmittat.

Electio Sacerdotum pro æstimatione pretii frumenti.

Electio Sacerdotum pro appretiandis frumentis, & aliis, fiat modo, & forma, ut moris, nisi aliud videbitur.

Emolumenta Ecclesiarum dividantur secundum consuetudinem.

Emolumenta Ecclesiarum dividantur modo, & forma à consuetudine præscripta.



THO-

THOMAS

CARAFA

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Vulturariæ, & Montis Corbini.

PANDETTA

Quam omninò obſervari mandamus à Domino Generali Vicario, Actuario, & Secretario ſub pœna Excommunicationis latæ ſentētiæ &c. Subſcripta merces obſervatur in Civilibus tantùm, ſed in Criminalibus duplicata. Iura Domini Vicarii Generalis.

Taxa Cancellariæ Epiſcopi.

INprimis pro Decreto interlocutorio hic noſtro ſpecificato	0. 0. 10.
Pro Decreto Concluſionis, vel publicationis in cauſa	0. 0. 10.
Pro actis ordinatoriis nihil, niſi ſit controverſia inter partes, & tunc uti Decretum interlocutorium	
Pro prorogatione termini, aliàs dati	0. 0. 10.
Pro ſententia diffinitiva, aut interlocutoria, vim diffinitivè habente uſquè ad ducatos 25. carolenos quatuor	0. 2. 0.
Pro ducatis 25. uſquè ad ducatos quinquaginta	0. 2. 10.
Et à ducatis quinquaginta, uſquè ad duc. centum	0. 3. 0.
Pro ſententia diffinitiva, quādo aſcendit ad ſummam ducatorum mille	2. 0. 0.
Et quando aſcendit ad ſummam ducatorum mille, & quincentum, & non aſcendit ad ſummam ducatorum bis mille	3. 0. 0.
Et quando excedit ſummam ducatorum duorum millium & non excedit ſummam ducatorum millium, & quingentorum	5. 0. 0.

 in

Et quando excedit summam ducatorum duorum millium, & quingentorum	6.	o.	o.
Et pro fentẽtiis abfolutoriis in Caufis criminalibus, in quibus veniret, imponenda pœna pecuniaria	o.	2.	10.
Pro caufis verò criminalibus gravioribus, in quibus veniret, imponenda pœna corporis afflictiva prò fententiis abfolutoriis	o.	4.	o.
In caufis verò graviffimis Iudici	o.	4.	10.
Pro Decreto abfolutionis plurium Excommunicatorum quilibet folvat	o.	2.	10.
Dummodò non excedat carolenos quindecim computatis omnibus actis, dummodo excommunicationi non fit annexum aliquod delictum propriũ, quod alia pœna veniret imponenda, & fi fit annexum	1.	o.	o.
Pro abfolutione à Iuramento quolibet folvat	o.	o.	10.
Pro Decreto immiffionis in poffeffione	o.	1.	o.
Idem fervatur in immiffione poffeffionis virtute leg. fin. cod. de edict. D. And. nifi ad fint legitimi Contradictores, quo cafu fervatur, feù folvatur prout in fententia diffinitiva.			
Pro qualibet fententia in Caufa Juris patronatus, in quibus veniret inferenda fententia Can. tentatoria juris patronatus	2.	o.	o.
Pro fententia in eadem caufa Iuris patronatus pro quando dicitur aliqui præfentaffe, & effe inftituendum fuit tantùm opponente	1.	o.	o.
Si verò fuerit lis inter Compatronos, vel Præfentatos, cui competit Jus præfentandi, vel quis ipforum Præfentatorum fit inftituendus	o.	4.	10.
Pro Decreto admiffionis appellationis	o.	o.	10.
Pro Decreto declarationis hæredum feù præambuli	o.	1.	05.
Pro legalitate cujufcumque fcripturæ	o.	o.	10.
Pro literis Commiffionalibus in qualibet caufa	o.	o.	10.
Pro Decreto diffinitivo, quo licet contrahere Matrimonium	o.	1.	05.
Pro acceffu ad locum differentiæ intus Civitatem	o.	2.	10.
Extrà verò Civitatem cum equo, & *Experto*	2.	o.	o.

Nec non ultrà Jus fententiæ, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus folvantur, & pro ftudio, fi-

vc

vè candelis pro qualibet pagina ſcripta grana decem	0.	0.	10.
Et ubi fuerint præſentata plura, vel unum Inſtrumentum, ſolvat quod ultrà arbitrio Illuſtriſſimi	0.	0.	0.
Pro Bulla Oeconomatus	1.	0.	0.
Pro examine teſtium in cauſis civilibus pro quolibet teſte ſi fuerint examinati cum abſentia D. Vicarii, ſi pars petierit	0.	0.	10.
Pro licentia examinandi Clericos, vel alias Perſonas Eccleſiaſticas coram Iudicibus laicis in cauſis Civilibus	0.	0.	10.
Pro Decreto, quod procedatur ad fulminationem Excommunicationis	0.	0.	10.
Pro mandato juſtificato cum clauſula juſtitiæ nihil			
Pro Decreto, ut fiant monitiones	0.	0.	05.
Pro ſubſcriptione Bullæ in abſentia Epiſcopi nihil			
Pro literis exequtorialibus cum inſerto tenore ſententiæ, aut virtute obincuſatæ, vel Inſtrumenti liquidati ſecundum formam, rituſquè R. Cameræ Apoſtolicæ vel alia via exequtiva	0.	1.	0.
Pro abſolutione, ſivè Decreto abſolutionis à cenſuris ad cautelam, vel cum re incidentia carolenos tres	0.	1.	10.
Pro Decreto tranſactionis, vel compoſitionis admittendæ	0.	2.	10.
Pro Minimis tranſactionibus, ut puta à ducatis ſex infrà, remittitur arbitrio Illuſtriſſimi Epiſcopi			
Pro Decreto gratiæ ab Illuſtriſſimo Domino factæ	0.	2.	10.
Pro Decreto habitationis ad meliores carceres	0.	2.	10.
In cauſis verò audituris relinquatur arbitrio Epiſcopi, ſi vult recipi ultrà tarenum			
Quando cōparet contumax ultrà pœnam contumaciæ, quæ ſolvitur, Curiæ ſolvantur prò Decreto purgatorio contumaciæ Domino Vicario	0.	2.	0.
Pro concedenda licentia Clericis extrà Diœceſim	0.	0.	10.
Pro exequtione mandati relaxati à Romana Curia, vel quocūque alio Superiori pro quolibet Decreto	0.	0.	10.
Pro imploratione brachii ad inſtantiam partis	0.	0.	10.

Pro.

Pro literis missionis pro transmissione actorum ad Superiores	0. 1. 10.
Pro mandato, sivè præcepto contra certam Personam in quacumque Curia	0. 0. 10.
Pro literis hortatorialibus, sive certificatoriis	0. 1. 0.
Pro literis audientiæ testium in Terris Diæcesis	0. 1. 0.

Acta in Criminalibus dimidia pars dictorũ,quæ solvuntur D. Vicario solvitur Comissario, & altera dimidia ipsi Vicario Generali cum declaratione, quod pro quibuscumquè testibus super decem Articulis deponentibus solvitur una dieta, & si ultrà, fiat computatio, & dieta dierum ad rationem carolenorum triginta cum equo, & experto ac famulis.

In Causis civilibus pro examinandis testibus petitur assistentia D. Vicarii Generalis pro quibuscumquè, super decem articulis deponentibus, carolenos quindecim, suprà verò, fiat computatio ad dictam rationem	1. 2. 10.
Pro mandato sequestrativo auditis partibus	0. 1. 10.
Non auditis partibus	0. 0. 5.
Pro Decreto relaxatione bonorum sequestratorum	0. 1. 10.
Pro expeditione edicti super præsentatione Jurispatronatus	0. 1. 0.

Pro examine testium super juribus interrogatoriis ad instantiam partis tertia pars ejus, quod solvitur in qualibet Dieta.

Pro expeditione cedulonum ad instantiam partis, vel Fisci	0. 0. 10.
Pro citatione per edictum ad instantiam partis, vel Fisci	0. 0. 10.
Pro literis comissionalibus pro tradenda possessione Beneficii ab Ordinario collato in Diœcesi	0. 1. 10.
Pro captura possessionis alicujus Beneficii vigore Bullarum Apostolicarum, si intra Civitatem	1. 0. 0.
Si verò extrà, ducatos	3. 0. 0.
Et pro decreto de immittendo in possessione vigore Bullarum Apostolicarum in forma dignum expeditarum	1. 0. 0.
Pro quacunque exequtione sententiæ	0. 0. 10.

Pro

Pro Decreto assensus venditionis, & permutationis bonorum Ecclesiarum	o.	1.	o.
Pro Decreto dimissionis habitus	o.	1.	10.
Pro Decreto appellationis inconcursu	o.	1.	10.
Pro Decreto Matrimoniali quarto, & quinto impedimento	2.	1.	o.
Pro Decreto quod concedatur copia revelationum	o.	1.	o.

Iura Actuarii in Civilibus, & Criminalibus duplicata.

IN prima petitione seù libelli	o.	o.	10.
Pro præsentatione cujuscumquè Scripturæ in civilibus	o.	o.	5.
Pro quacumque parti intimatione	o.	o.	5.
Pro quocumque Instrumento penefacta in processibus	o.	o.	5.
Pro quacumque obligatione penefacta	o.	o.	10.
Pro quacumque fidejussione in civilibus	o.	1.	o.
Pro contestatione litis	o.	o	13.
Pro responsione super articulis per principalem	o.	o.	10.
Pro quocumque Decreto interlocutorio	o.	o.	13.
Pro Decreto publicationis, vel conclusionis	o.	o.	13
Pro prorogatione termini aliàs dati	o.	o.	13.
Pro sententia diffinitiva, aut interlocutoria, cum diffinitivà habente, usquè ad ducatos 25.	o.	1.	10.
A ducatis viginti quinquè, usquè ad duc. 55.	o.	2.	o.
Pro ducatis 50. usquè ad ducatos centum	o.	2.	10.
Pro sententia diffiniti va, quæ ascendit ad summam ducatorum mille	2.	o.	o.
Et quando ascendit ad summam ducatorum mille, & quingentorum, & non excedit summam mille	4.	o.	o.
Et quando excedit summam ducatorum duorum milium, & quingentorum	5.	o.	o.
Et quando summam ducatorum duorum millium, & quingentorum	7.	o.	o.
Pro sententiis absolutoriis in causis criminalibus, in quibus veniret imponenda pœna pecuniaria	1.	2.	10.

Pro causis verò criminalibus gravioribus, in quibus veniret imponenda pœna corporis afflictiva pro

sen.

sententiis absolutoriis	2.	0.	0.
Et sic observatur in aliis causis			
Pro Decreto absolutionis plurium Excommunicatorum, quilibet solvat carolenos decem	1.	0.	0.
Pro absolutione à juramento solvat	0.	1.	0.
Pro Decreto immissionis in possessione	0.	1.	0.
Idem servatur in immissione possessionis virtute leg. fin. cod. edic. Andr. nisi adsint legitimi Contradictores, quo casu solvatur prout in sententia diffinitiva			
Pro qualibet sententia in causa juris patronatus, in quibus venit inferenda sententia can. taxatoria juris patronatus	2.	0.	0.
Pro sententia in eadem causa Juris patronatus pro quando dicitur aliqui præsentasse, esse instituendum	1.	0.	0.
Si verò fuerint lites inter Compatronos, vel Præsentatos, cui competit jus præsentandi, vel quis ipsorum Præsentatorum instituendus	2.	0.	0.
Pro Decreto admissionis appellationis	0.	1.	10.
Pro Decreto declarationis præambuli, seù Hæredum	0,	1.	13.
Pro legalitate cujuscumquè Scripturæ	0.	1.	0.
Pro literis commissionalibus in qualibet causa	0.	1.	0.
Pro Decreto diffinitivo, quo liceat contrahere Matrimonium	0.	1.	05.
Pro literis cujusvis Ordinis, tàm majoris, quàm minoris	0.	0.	12.
Pro accessu ad locum differentiæ intus Civitatem	0.	2.	10.
Extrà verò Civitatem cum equo, & *experto*	1.	0.	0.
Pro Bulla Oeconomatus	0.	2.	0.
Pro examine testium in civilibus super articulis, pro quolibet articulo granum unum, dummodo non excedat grana 25. pro quolibet teste			
Pro examine testium summariè	0.	0.	10.
Pro quocumq; accessu Notarii intus Civitatem	0.	2.	10.
Pro qualibet replicatione	0.	0.	05.
Pro licentia examinandi Clericos, vel alias personas Ecclesiasticas coram Iudicibus laicis in causis civilibus	0.	0.	10.
Pro Decretis, ut fiant monitiones excōmunicationis	0.	0.	10.

Pro

Pro Decreto, quod procedatur ad fulminationem excommunicationis —— 0. 0. 10.
Pro Matrimonio justificato cum clausula justitiæ— 0. 0. 10.
Pro Literis exequtorialibus cum inserto tenore sententiæ, aut virtute obligationis in causa, vel Instrumenti liquidati, vel alia via exequtiva —— 0. 1. 0.
Pro Decreto absolutionis à censuris ad cautelam, vel cum reincidentia —— 0. 2. 10.
Pro fide jussione de parendo mandatis S.R.E. —— 0. 1. 10.
Pro Decreto transactionis, vel cōpositionis pro quolibet ducato —— 0. 0. 10.
Pro Decreto gratiæ ab Episcopo factæ —— 1. 0. 0.
Pro Decreto habilitationis ad meliores carceres — 0. 1. 10.
In causis verò arduis ad arbitrium Episcopi, si vult recipi ultrà.
Quando comparet contumax ultrà pœnam contumaciæ, quæ solvitur Curiæ, solvuntur etiam Actuario omnia acta facta, & pro decreto purgationis contumaciæ —— 0. 2. 10.
Pro concedenda licentia Clericis extrà Diœcesim— 0. 0. 10.
Pro exequtione mandati relaxati à Rom. Curia, vel quocumque alio Superiore pro quolibet decreto- 0. 1. 0.
Pro imploratione brachii ad instantiam partis —— 0. 1. 0.
Pro literis missivis pro transmissione actorum ad Superiores —— 0. 1. 10.
Pro mandato, seu præcepto contra certam Personam in quacumque Curia —— 0. 0. 10.
Pro literis hortatorialibus, sivè certificatoriis —— 0. 1. 0.
Pro literis audientiæ testium in terris Diœcesis — 0. 1. 10.
Pro qualibet dieta in civilibus cum equo, & *expertis* 1. 0. 0.
Pro mandato sequestrativo auditis partibus —— 0. 0. 10.
Non auditis partibus —— 0. 0. 05.
Pro Decreto relaxationis bonorum sequestratorum 0. 1. 0.
Pro expeditione edicti super præsentatione juris patronatus —— 0. 1. 10.
Pro examine testium in dictis casibus pro quolibet Articulo —— 0. 0. 02.
Pro expeditione cedulonum ad instantiam partis, vel Fisci —— 0. 1. 10.
Pro literis commissionalibus pro tradenda posses-

sione Beneficii ab Ordinario collato in Diœcesi	1.	0.	0.
Pro captura possessionis alicujus Beneficii vigore Bullarum Apostolicarum in forma *dignum* expeditarum			
Si intra Civitatem	2.	0.	0.
Si verò extra residentiam	3.	0.	0,
Pro Decreto de immittendo in possessione, vigore Bullarum Apostolicarum in forma dignum expeditarum	1.	0.	0.
Pro ratione ad dicendum, & ad sententiam	0.	0.	10.
Pro quacumque exequutione sententiæ	0.	0.	16.
Pro subhastatione	0.	0.	10.
Pro mandato de immittendo, vel manutenendo in possessione	0.	0.	15.
Pro quolibet deposito penes acta	0.	0.	10.
Pro licentia comparendi ad Curiam sæcularem	0.	1.	0.
Pro citatione cum inserto tenore	0.	1.	10.
Pro visura cujuscumque processus usq; ad cartas 25.	0.	1.	0.
A 25. usque ad 50.	0.	1.	10.
A 50. usque ad 100.	0.	2.	10.
A 100. usque ad 200.	1.	0.	0.
Et pro quævis alia summa, ut suprà	1.	2.	10.
Pro copiis carthas octo pro quolibet tareno, & in criminalibus quatuor continentes versus 20. pro qualibet chartha, dictiones quinque pro quolibet versu			
Pro inventario bonorum ad instantiam partis, vel Fisci	0.	2.	10.
Pro copia sententiæ in civilibus	0.	1.	10.
Pro Decreto Apostolorum	0.	1.	10
Pro quacumque appellatione	0.	0.	10.
Pro copia Instrumenti appellationis	0.	1.	10.
Pro qualibet revelatione	0.	0.	10.
Pro comparatione pro copiis revelationum	0.	0.	10.
Pro Decreto, quod concedatur copia revelationum	0.	1.	10.
In Excommunicatione Apostolica merces duplicata.			
Pro Actis Apostolicis in dispensationibus matrimonialibus pro labore Actuarii	1.	0.	0.
Pro examine cujuslibet testis in Curia	0.	0.	10.
Si verò extrà	0.	1.	0.

Adda-

Addatur etiam acceſſus, & pro decreto	o. 2. 10.
Pro copia	o. o. 10.
Pro copia Bullarum	o. 1. o.
Pro Bulla Beneficii	1. o. o.

Hæc ſpectant ad Actuarium tantùm

PRo literis ex inſtitutione	o. 1. o.
Pro quacumque lecta, lata	o. o. 3.
Pro copia ſententiæ condemnatoriæ, ſi pars petièrit	o. 1. 10.
Pro qualibet commiſſione Vicarii foranei	o. 2. 10.
Pro contumaciis incuſatis in qualibet cauſa	o. 1. 10.
Pro apertura proceſſus	o. 1. o.
Pro remiſſione querelæ	o. o. 10.
Pro fide paupertatis ad Romanam Curiam tranſmittenda	o. 1. 10.
Pro fide profeſſionis fidei faciendæ ad Beneficiatos tantùm	o. 1. 10.
Pro Decreto aſſenſus venditionis, & permutationis bonorum Eccleſiaſticorum	o. 1. 16.
Pro ſcripturis, & regiſtratione Bullarum	o. 1. o.
Pro proceſſu fulminatorio auctoritate Apoſtolica	o. 4. o.
Pro Decreto, & actis exequtionis Bullarum Apoſtolicarum ſolo Actuario pro labore ſuo	2. 2. 10.
Pro literis ſignificatorialibus	o. 1. 10.
Pro literis exequtorialibus uſq; ad ducatos ſex carolenum unum, & pro alia ſumma	o. 1. o.
Pro ſcriptura cujuſlibet interdicti	o. o. 10.
Pro Decreto quarto, & quinto impedito	o. 2. 10
Pro revelatione bandimentorum, ſubhaſtatione pro qualibet	o. o. 05.
In cauſis, in quibus pro examinandis teſtibus requiritur præſentia D. Vicarii Generalis, pro quolibet teſte deponentibus	o. 2. 10.

Et hoc dividatur inter Commiſſariũ, & Actuariũ.

PRo conſtitutione Procuratoris penes acta	o. o. 10.
Pro qualibet copia Viſitationis	o. 2. 10.
Pro copia Synodi	o. 2. 10.

Dummodò Synodus non sit chartosa, si est chartosa qualibet pagina grana	0. 0. 05.
Pro quacumque citatione	0. 0. 10.
Pro citatione ad instantiam inquisiti contrà querelantem, si causa intendit facere partem in Iudicio	0. 1. 10.
Pro Decreto dimissionis habitus	0. 1. 16.
Pro copia, si petierit	0. 1. 0.
Pro qualibet licentia concedenda ab Illustrissimo D. Episcopo, vel ejus Vicario	0. 1. 0.
Pro licentia quęstuandi, nihil	
Pro contumacia in primo termino peremptorio in civilibus	0. 1. 10.
Pro mandato ad reluendum	0. 0. 10.
Pro cassatura cujuslibet obligationis infra annum	0. 0. 05.
Pro perquisitione obligationis, seù scripturæ ultra annum	0. 0. 10.
Quando ad instãtiam partis interrogetur testis, pro quolibet interrogatorio	0. 0. 02.
Pro Decreto appellationis in concursu	0. 1. 16.
Pro fide appellationis transmittenda ad Curiam Romanam	0. 1. 0.
Pro depositione principalis	0. 0. 10.
In criminalibus omnes supradictæ duplicatæ	
Pro decreto dispensationis, & habilitationis ad Beneficia, & Dignitates, & irregularitates, vigore Bullarum Apostolicarum	1. 0. 0.
Pro pœna obligationis accusatæ, vel Instrumenti secundum formam, ritus liquidati pro quolibet ducato	0. 0. 10.
Idem ratio solvitur pro liquidatione Instrumenti, & pro expleto mandato	

Iura pro Sigillo.

PRo qualibet Bulla Beneficii quovismodo	0. 1. 0.
Pro Bulla Oeconomatus	0. 0. 10.
Pro qualibet citatione per edictum in causis Iuris patronatus	0. 1. 0.
Quando apponitur in literis citatorialibus	0. 0. 10.
Quando apponitur in literis inhibitorialibus	0. 0. 10.

Quan-

Quando apponitur in literis monitorialibus	o. o. 10.
Quando apponitur in literis exequtorialibus cum inserta forma	o. o. 10.
Quando apponitur in literis commissionalibus	o. o. 10.
Quando apponitur in alia provisione	o. o. 10.
Quando apponitur in literis commissionalibus audientia testium	o. o. 10.
Quando apponitur in clausura processus	o. o. 10.
Quando apponitur in literis hortatorialibus	o. o. 10.
Quando apponitur in imploratione brachii	o. o. 10.
Quando apponitur in fide paupertatis	o. o. 10.
Quando apponitur in quocumque cedulone	o. o. 10.
Quando apponitur in commissione Vicarii foranei	o. o. 10.

Iura Mensæ Episcopalis.

PRo qualibet contumacia super mandato, seù citatione ad informandum, vel alia causa arbitrio Illustrissimi Episcopi	
Pro contumacia in primo termino peremptorio	o. 1. o.

Iura pro Cursoribus, seù Sacristis.

PRo quacumque citatione, & partis intimatione	o. o. 10.
Ad versùs verò	o. o. 02.



De Capitulo.

Capitulum convocandum horis opportunis de licentia Vicarii.

CApitulum in unaquaquè Capitulari Ecclesia de licentia Vicarii Generalis, vel foranei, ad res Capitulares tractandas, sivè Spirituales sivè tēporales, horis debitis erit convocandum, non importunis, nec quando Divina celebrantur Officia.

Ubi sit habenda congregatio Capitularis, & quomodo convocāda, quid in ea tractandum?

In Sacristia, vel alio magis idoneo loco, signo Campanæ congregetur, ac Vesperi, alio signo ejusdem Campanæ, Capitulum sequentis diei ex omnibus interesse debentibus, evulgetur. De negotiis gravibus Nobis, vel Vicariis nostris insciis, ne tractetur, aliàs invalidas Conclusiones decernimus. Antequam inchoetur Capitulum, recitent omnes genibus flexis, *Veni creator Spiritus*, cum versiculo, & oratione: Peracto Capitulo dicatur eodem modo Oratio pro gratiarum actione. Durante Capitulo nullus discedat, nisi de licentia Rectoris, vel Præsidentis.

Electiones per secreta suffragia fiant, & adnotētur omnia per Secretarium Capituli.

Electiones omnes, & Conclusiones per secreta suffragia agantur, & in libro à Secretario Capituli, cum subscriptione Rectoris, & ejusdem Secretarii, adnotentur, quem in Archivo asservare omninò debeant.

Mutua pace, & Charitate omnia fiant.

Singuli modestè, ac reverenter suo loco, & ordine sententiam dicant, omnia mutua pace, concordi voluntate, & charitate fraterna agant, tùm ea, quæ ad Divinum cultum, tùm quæ ad rerum temporalium gubernationem, & ad propriæ Ecclesiæ jura pertinent, diligenter pertractent: altercationes prorsùs abiiciantur, ac rixas omnes, & discordias eliminare, pro viribus omnes studeant, nè districto Dei, & nostro judicio subjaceant, cui maximo negotio præcipuè Rectores, Dignitates, & Vicarii foranei omni vigilantia incumbant, à quibus rationem dissensionum strictissimè exigemus.

De

De Congregationibus Casuum Conscientiæ, & Cæremoniarum.

VT Curati, & Confessarii, ac Sacerdotes in sacris muneribus instructiores fiant ad curam Animarum, & Gregis Nobis, & illis commissi Prædecessorum nostrorum mandatis inhærentes, districtè præcipimus, ut Archipresbyteri, vel Abbates omnibus in sacris constitutis, in Sacristia, vel magis idoneo loco convocatis, bis in hebdomada collationem instituant, in qua Casus saltem conscientiæ ab aliqua Summa de promptos, & ipsi, nisi alii à nobis deligantur, pro captu reliquorum per dimidium horæ exagitent, atque explicent.

Congregatio casuum consc ientiç singulis hebdomadis bis habenda, & qui interesse debeant.

In his etiam conventibus à Magistro Cæremoniarum bis in mense explicentur Rubricæ Missalis, & Cæremoniæ in ministerio Sacramentorum, in Rituali præscriptæ breviter, & sine altercatione, sub pœnis statutis semel; & ipse Curatus explicet Decreta præsentis Synodi.

A magistro Cæremoniarum bis in mense explicentur Rubricæ in præfata Congregatione.

Punctatores ne perjuri efficiantur, debent, non convenientes ex præscripto irremisibiliter punctare, ut scientiæ, & proprii muneris contemptores, pœnas statutas luant.

Punctatores describant absentes.

Capitulariter conclusione in libro notata, dies duo in hebdomada commodiores statuantur, in quibus si festum inciderit, in sequentem diem conferentia transferatur.

Si festum inciderit differatur in diem sequentem conferentia

Tribus mensibus æstivis exceptis v3. Iulii, Augusti, atque Septembris, & quindecim diebus in Natali, & Paschate, & in Carnisprivio, toto tempore anno hæ conferentiæ instituantur, sub pœna, si ommittantur, Curato, & Vicario foraneo unius aurei, cæteris verò duorum carolenorum pro qualibet vice. Absente, vel legitimè impedito Curato, vel Magistro Cæremoniarum onus convocandi, & explicandi Casus, & Cæremonias, alteri magis idoneo imponatur, sub eisdem pœnis. Idem statuimus, & decernimus fieri in Oppido S.

Tempus vacationum statuitur.

Bar-

Bartholomæi, si verò Præbendatus legitimè fuerit impeditus, substituatur alter ex peritioribus, qui conferentiæ Casuum conscientiæ, & explicationi Rituum præsideat, & statis diebus cæteros invocet, ut nullibi sacrarum literarum exercitium, Ecclesiasticis omnibus à Sacris Canonibus districtè mandatum, prætermittatur.

Adnotentur in Tabella Nomina eorum qui interesse debent.

In Tabella habeantur nomina eorum, qui interesse debent, descripta, & in publico exposita, & absentes in eodem libro adnotentur.

De Examinatoribus.

Numerus examinatorum Synodalium, & qualitates ipsorum.

Examinatores in Diœcesana Synodo, ex Tridentino Conc. approbandi, ad præficiendos Parochialibus Ecclesiis idoneos Ministros, ad minus sex proponãtur, qui quantùm fieri poterit, sint in sacra Theologia Magistri, vel in jure Canonico Doctores, vel Licentiati saltem, magis idonei, sivè Regulares, sivè Sæculares proponantur; quibus ad minus tribus, examen Parochorum Episcopus præficere possit.

Examinatores præstent juramentum in Synodo, vel in manibus Episcopi.

Hi omnes in Synodo, vel si absentes, in manibus Episcopi, vel Vicarii generalis, antequam ad examen accedant, ad sacra Dei Evangelia jurent, se quacumquè humana affectione post posita, fideliter munus exequuturos, nec ante, vel post examen aliquid accepturos, sub pœnis, & censuris in jure, & nostro Synodo statutis.

Nomina Examinatorum Synodalium.

In præsenti Synodo proponimus hos sequentes, quo ad altera Synodus habebitur v3. Admodùm RR. Dominos.

Antonium Orlandum Archidiaconum Cathedralis Civitatis Vulturariæ.

Vitum Antonium Ronzonum Archipresbyterum præfatæ Cathedralis.

Thomam à Sardinea S. T. M. Archipresbyterum S. Bartholomæi.

Franciscum Papam V. I. D. Archipresbyterum S. Marci de Catula.

Bar-

Bartholomæum Avellino Archipresbyterum Terræ Celentiæ.

Joannem Ianigrum S. T. D.

Antonium Abjusum Abatem Curatum Terræ Petræ.

Scipionem Guarinum Archipresbyterum Castri novi.

Alii Examinatores, qui ad Confessiones audiendas, & Promovendos ad Ordines examinare debent, & nostro arbitrio eliguntur, eodem modo jurent, & in Synodo, si videbitur, publicari possunt. Alii Examinatores pro approbandis, & ad audiendas confessiones arbitrio Episcopi eliguntur.

De Iudicibus Synodalibus.

EX ejusdem Sacri Conc. Trid. decreto, Judices in Synodo nominari, & approbari debent, quibus graduatis, & qualificatis, causæ ex Apostolica delegatione dirigantur. In præsenti proponuntur. Judices Synodales nominandi & approbandi in Synodo nominantur.

Admodùm RR. Domini,

Thomas à Sardinea S. T. D. Archipresbyter S. Bartholomæi.

Franciscus Papa V.I.D. Archipresbyter S. Marci de Catula.

Bartholomæus Avellino Archipresbyter Celentiæ.

Ioannes Ianiger S.T.D.

De Testibus Synodalibus.

SYnodales testes sacrosanctis Canonum decretis instituti, qui moribus, & vita probati, ad retinendam Ecclesiasticam disciplinam deligantur; Electi igitur solemni jure jurando promittant, munus, omni Ecclesiasticæ disciplinæ zelo exequuturos, ac diligenter inspecturos, an Ministri Ecclesiæ, & piorum locorum Administratores propria expleant munera; Ecclesiis, & Altaribus, quo decet decore, & divino cultu inserviant; àn sint Populo turpiter viventes, vel criminosi; àn Decreta in præsenti Synodo edita, & innovata serventur, Testes Synodales probi eliguntur & Jurare debent de fideliter explendo proprium munus

M & om-

& omnia Nobis indicaturos juxtà formulam tradendam, quæ correptione, & emendatione indigere judicabunt. In præsenti Synodo huic muneri præficimus Admodùm RR. Dominos.

Nomina Testium Synodalium.

Thomam à Sardinea S.T.D.
Ioannem Ianigrum S.T.D.
Iulium Augellum, Sacristam majorem.
Bartolomæum Avellino.
Antonium Abjusum.
Leonardum Cocchiarellam Primicerium.
Nicolaum de Ninno pro Terra Carlentini.
Jacobum de Ritis.
Raphaelem Pignonem.
Sebastianum . . . . . .
Scipionem Capuanum.

Et alios, quorum nomina justis de causis secreta haberi volumus.

De Punctatoribus.

Punctatores eligantur.

Munus eorum

PUnctatores in unaquaquè Ecclesia, in qua Horæ Canonicæ in Choro persolvuntur, duo eligantur, ut absit infedelitatis suspicio in punctando, & alter eorum semper adsit. Horum munus non solùm absentes à Choro, verùm etiam interessentes non juxta præscripta, qui pro non interessentibus haberi debeant. Punctentur Parochi, quotiès sermones ad Populum habeant, & Doctrinam Christianam instituant; Clerici quando ad Sacram Communionem, & Confessionem, cæteriquè ad conferentias convenerint; Sacristas minores quoties pavimenta, & parietes scopis mundent, & Altaribus tobaleas nitidas apponant; sic enim faciliùs negligentes comperientur, ac pœnas debitas luent. Hæc omnia observaturos Punctatores solemniter jurent ad Sancta Dei Evangelia in manibus nostris, vel generalis Vicarii, vel saltem foranei.

Punctatores jurent.

De

De Indictione futuræ Synodi.

SYnodus, juxtà Sacri Concilii Trid. Decreta, celebrabitur quotannis Feria II. post Dominicam Pentecostes, nisi aliqua de causa, illam prorogari, necesse fuerit; quod per literas, & per edictum publicabitur. Indictio futuræ Synodi.

De fine Synodo imponedo.

HÆc sunt, quæ ad Omnipotentis Dei, Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctorum nostrorum Patronorum, laudem, & Ecclesiasticæ disciplinæ restitutionem, & conservationem, utilia, ac necessaria esse, hoc potentissimum tempore duximus; reliqua, quæ in Visitationibus, & à Prædecessoribus nostris demandata, sub latis censuris, nisi Sacris Canonibus, & præsentibus adversentur, omninò servanda decernimus. Declarantes insuper, quod his constitutionibus, ut plurimùm innovatis, & in præteritis Synodis jàm sine ulla controversia acceptatis, nullum præjudicium fiat, nec appellatio ab illis admittatur: insuper, & Pœnas Prædecessorum nostrorum Decretis contentas, præter illas à Nobis impositas, à deliquentibus subeundas esse, ac ubi appositæ non fuerint, arbitrato nostro esse infligendas: reservantes tandem nobis ipsis facultatem pænas appositas commutandi, moderandi, & augendi, ac præsentes constitutiones interpretandi, salvo semper in omnibus Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ sanctiori & seniori judicio, cui Nos, & omnia in hac Sacra Synodo contenta subiicimus, atque submittimus corrigenda, & emendanda ea, qua decet reverentia, & obedientia Amen.

T. CARAFA EPIS. VULTURARIÆ.

D. Joannes Mathia Prim. m. Eccl. S. Barthol.

F I N I S.

Haec synodus Thomae Carafae confirmatur in synodo Dominici Turzentini an: 1697. = pag. 99.

DIOECESANA SYNODUS

CELEBRATA

In Collegiata, & Vicecathedrali Ecclesia insignis Oppidi Sancti Bartholomæi

Sub die trigesima Junii MDCLXLIIII:

A D. DOMINICO SURRENTINO Episcopo Vulturariensi.





NOS
D. DOMINICVS
SVRRENTINVS

V.I.D. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Vulturariensis Ecclesiæ Episcopus, & Montis Corbini, Regiusque Consiliarius.



D Dei Omnipotentis, Beatissimæ Virginis, Sanctorumque Patronorum Apostoli Bartholomæi, & Ianuarii laudem, nostram Diœcesanam Synodum incipimus, curet idem Omnipotens pro sua misericordia precibusque Virginis Beatissimæ, ac eorumdem aliorumquè Sanctorum, ut quemadmodùm speramus ex hoc sacro cætu, lumen, & spiritum omnes reportemus ad officia nostra, secundum voluntatem Dei peragenda.

Decretum de modo vivendi tempore Synodi.

QVoniam nihil ferè sepiùs, & divinis literis, & Ecclesiasticis monimentis commendatum est, quàm Clericalis ordinis hominum vitæ integritas, innocentia, fides, religio, pietas, virtutumquè omnia ornamenta, quibus Domus Dei potissimè excolitur: Ideò Clerum nostrum hìc præsentem monemus, & per viscera misericordiæ Dei nostri testamur, ut cùm semper, tùm maximè hoc tempore in verbo, in conversatione, in charitate laicis hominibus, omni virtutum splendore præluceat, Tabellam igitur disciplinæ Synodalis à Nobis propositam diligenter observent, quæ hujusmodi est.

Sacerdotalis personæ officia, Clerus secum cogitans tàm actionem quoquè Synodalem, cui Spiritum Sanctum adesse confidimus, animo esse studeat, semper religiosis cogitationibus instructo, & ad ea officia attento, ut Sacrum Virum, Deique Ministrum decet, Ordine consideant ad Præfectorum, seu Magistrorum Cæremoniarum præscriptum, ne voce obstrepant

nevè colloeutionibus mutuis operam dent, ne alia ratione rem Synodalem perturbent, silentio utantur tùm maximè cùm de suggestu aliquid dicitur, pronunciatur, aut legitur, Clericis deputatis pareant, ut cum standum est stent, cum genua flectenda, flectant, cum sedendum sedeant, nequis à suo loco discedat, nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa: cum autem discedere necesse est, facultatem à Nobis petat.

Decretum de præjudicio non afferendo.

DEcernimus si contigerit cuipiam suo loco non sedere, aut incedere, aut vocari, aut aliud quippiam agere, propterea nemini novum Jus acquiri, neque quidquam detrahi, sed in eo ipso statu permanere, in quo ante hanc Synodum reperiebatur, & si quæ Jura cuidam competere debeant, salva esse declaramus.

Decretum de non discedendo.

VObis præterea omnibus, & singulis, qui huic Synodo interesse debetis, pœna excommunicationis vetamus, ne vestrum quispiam hinc discedat, antequam hæc nostra Diœcesana Synodus de more absoluta, ac dimissa sit.

Decretum de Ministris Synodalibus.

QVoniam Synodalis actio Viris aliquot Methodum, ac cætera dirigentibus indigere videatur, Idcò constituimus in hac nostra Synodo Promotores Admodùm Rev. Dominum Franciscum de Augellis Sacristam majorem hujus collegiatæ Ecclesiæ, & Rev. Dominum Didacum Sigismundo.

Secretarium Rev. Dominum Cajetanum de Augellis.

Magistros Cæremoniarum Rev. Dominum Carminum Longo, & Rev. Dominũ Horatium Peluso, quibus omnes obedient.

Cancellarium, & Notarium Reverendum Dominum Leonardum Crialesio.

Ostiarios duos Bartholomæum Miticocchia, & Franciscum Spada.

De-

Decretum de Professione fidei.

SAcrosancta Tridentina Synodo sancitum est, ut quicumq; Ecclesiastica Beneficia obtinent, in prima Diœcesana Synodo, ad quam conveniant, fidei professionem faciant. Accedant igitur omnes, & singuli Beneficia Ecclesiastica obtinentes, qui aliàs in nostra Diœcesana Synodo non præstiterunt, & fidei professionem genuflexi ante Illustrissimum Episcopum emittant.

Decretum de Clero vocando.

OMnes, & singuli quicumque sint, qui huic Synodo Diœcesana præsentes adesse debent, vocati nominatim capite aperto, & stantes, modesta, & alta voce respondeant: Adsum.

Decretum de Judicibus Synodalibus.

QVia deligi debent Judices causarum Apostolicarum, quibus causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus committi possint, juxtà Trid. decretum ss. 25. cap. decimo, quod incipit quoniam, Ideò vobis proponimus usquè ad alteram Synodum hos V.I.D. & Professos.

Reverendissimum Dominum D. Federicum de Virgiliis V.I.D. Prothonotarium Apostolicum nostrum Vicarium Generalem.

Adm. Reu. D. Antonium Mariella Archipresbyterũ Collegiatæ, & Vicecathedralis Ecclesiæ Terræ Sancti Bartholomæi.

Adm. Rev. D. Angelum de Camillo Abbatem Curatum Terræ Vulturini.

Adm. Rev. D. Hieronymum Manato V.I.D. Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ Terræ S. Marci de Catula.

Decretum de Examinatoribus Synodalibus.

COnstitutionem Tridentinam ss: 24. cap. 18. quæ incipit; *expedit maximè*, exequi volentes; Ideò Vobis proponimus hos RR. Viros, hoc munus gerentes, quo ad altera Synodus habebitur.

Adm. Rev. Procuratorem Paulum à S. Bartholomæo Sacræ

Theo-

Theologiæ Lectorem, Guardianum S. Mariæ Angelorum stri-ctioris observantiæ S. Francisci.

Adm. R. P. F. Zaccariam à Rocchetta ejusdem Ordinis Theologum, & Vicarium.

Adm. Rev. D. Scipionem de Augellis V. I. D. Theologum, & Primicerium Collegiatæ, & Vice cathedralis Ecclesiæ S. Bartholomæi.

Adm. Rev. D. Bartholomæum Noia V. I. D. Sacerdotem Parochialis Ecclesiæ Terræ Castrinovi.

Rev. D. Leonardum Crialegio Abbatem S. Antonii de Padua V. I. D. & Notarium Apostolicum.

Rev. D. Carminum Longo Sacerdotem Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi.

Decretum de Punctatoribus.

ET quia ad Ecclesiasticam disciplinam conservandam Punctatoribus est opus, & ea de re plura sancita sunt decreta, quorum munus est absentes à Choro punctare, juxtà consuetudinem Ecclesiarum, quæ puncta inter præsentes dividantur; Ideò hos Punctatores deligimus.

In Civitate Vulturariæ. Adm. Rev. D. Leonardum Faicchio Archipresbyterum, & Rev. D. Ioannem Giarruffo Canonicum.

In Terra S. Bartholomæi Rev. D. Ioannem Antonium Riccio, & Rev. D. Antonium Miticocchia.

In Terra Celentię Rev. D. Ioannem Cicchetto, & Rev. D. Nicolaum Cammisa.

In Terra Petræ Montis Corbini Rev. D. Ioannem Dominicum Gallella, & R. D. Dominicum Sansone.

In Terra Vulturini: Rev. D. Carolum Cerullo Primicerium, & Rev. D. Ioannem Zappello.

In Terra Castrinovi Rev. D. Attilium Serafino, & Rev. D. Nicolaum de Angelis.

Decretum de Iure Iurando.

EXaminatores, ac Punctatores promulgati ad Illustrissimum Episcopum accedant, coram quo jus jurandum præstent.

Decretum de Iure Iurando præstando ab Absentibus.

SI qui Examinatores, & Punctatores per Nos nominati, & deputati in hac Synodo jus jurandum non præstiterint, illud præstent in manibus Vicarii foranei ejus Patriæ, super Sancta Dei Evangelia.

Decretum de publicatione Concilii

PRovincialem Synodum Beneventanum ab Eminentissimo Archiepiscopo Metropolita Fr. Vincentio Maria Vrsino Ordinis Prædicatorum S. R. E. Presbytero Cardinali de consilio, & assensu omnium Coepiscoporum Comprovincialium, anno post Christum natum millesimo sexagesimo nonagesimo tertio diebus prima, tertia, & sexta supra decimam Mensis Aprilis editam legi, & promulgari decernimus, & lectam, latam, promulgatamquè ab omnibus nostræ Iurisdictioni subiectis, sub pænis arbitrio nostro retineri præcipimus. Prò difficultatibus verò, si quæ oriantur exponendis, Eadem Sancta Provincialis Synodus ad Metropolitam confugiendum esse decrevit &c.

Decretum de Confirmatione Synodi Thomæ Carafa nostri Prædecessoris Felicis Memoriæ.

DIæcesanam Synodum ab Illustrissimo Thoma Carafa nostro Prædecessore, anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo, die nona Iunii ad augumentum Ecclesiasticæ disciplinæ, nec non vitæ Clericalis, honestatis, atquè morum reformationem, confirmamus; Omniaq; in ea contenta, sub pænis ibidem expressis ab omnibus nostræ Iurisdictioni subiectis, præter alia, quæ hic in præsenti nostra Synodo decernuntur, adamussim retineri mandamus.

De-

Decreta præsentis Synodi Diœcesanæ.

C A P. I.

De Observantia, & veneratione Festorum.

QVam vis expressa Prædecessoris Synodus festorum observantiæ meminerit, opinantes tamen à memoria hominum excidisse, Decretum pactum innovantes, statuimus, fideles diebus festivis sub pœna unius aurei à servilibus abstinere, nec non ut ad eorum cultum Missas, & in Ecclesiis, quando contingerit Verbi Dei prædicationem audiant; præcipimus, & sub eadem pœna Curatis, & Vicariis foraneis, ut eidem observantiæ invigilent, & de Violatoribus hujusmodi, si quos compererint, monitos Nos faciant.

C A P. II.

De Fraude, quæ committitur in credendo Frumento aliisquè Victualiis.

SVb pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ præcipimus omnibus nostræ Diæcesis, ne duas mensuras, unam pro credendo, alteram majoris quantitatis prò recipiendo tenere audeant, neque speciem majoris qualitatis prò altera minori, quàm crediderint æqualiter exigere.

C A P. III.

De conferentia Casuum Conscientiæ.

CUm sancita sint inSacerdotio tractanda, non enim sanguis, ut olim fiebat Vitulorum, verũ innocens Agnus immolatur, & ne Sacerdotes ab Altari, ut ignorãtes eiiciantur, Casuum Congregationem frequentare statuimus, juxtà methodum vulgati idiomate describendum. Si verò, qui sine legitima causa, à Congregationis Præfecto probanda abfuerint, pœnam carolenorum quinque per Præfectum pauperibus loci distribuendam incurrent.

CAP.

CAP. IV.

De adimplendo debito in Ecclesia Cathedrali.

SI hactenùs non sine gravi nostro mœrore sponsam nostram, ob exiguum Ministrorum numerum deliciis suis viduatam passi sumus, nunc quia Presbyterorum Dei gratia crevit quantitas, diutiùs Ministerio debito frustrandam sinere minimè valemus. Statuimus igitur Dignitates, & Canonicos nostræ Cathedralis Ecclesiæ Vulturariæ singulis diebus canere Missam post Tertiam, nec non Vesperas suo tempore, ut Cathedralis Ecclesiæ præeminentia exposcit: honor enim, & onus invicem conveniunt.

CAP. V.

De non discedendo à Diœcesi.

NVllus nostrę jurisdictioni subjectus à nostra diœcesi, & in aliena perstare sine nostra, vel Vicarii Foranei licentia in scriptis obtinenda, sub pœna ducatorum sex pro qualibet vice, discedere valeat.

CAP. VI.

De Doctrina Christiana:

ARchipresbyteri, Abbates, & cæteri curam animarum habentes, singulis diebus dominicis, & festivis, pueros, & puellas ad Ecclesiam congregent ad eos instruendos fidei rudimentis juxtà libellum Cardinalis Bellarmini sub pœna librarum decem Ceræ albæ, piis usibus applicandæ.

CAP. VII.

De recitatione Officii divini, & cantu Gregoriano.

INgemiscite Cœli, gemimus, & Nos inconsonum, atquè præposterum murmur nostræ diœcesis Ecclesiasticorum in

peragendis laudibus æterni Creatoris, non sine gravi fulgoris ejusdem despectu auribus percipientes, quò circà, ut tantùm munus, quisque, ut par est, exequatur, Statuimus omnes urbanos, & foraneos, qui in Choro tenentur Ecclesiasticos, psalmodiæ recitationē attentè, devotè, & pausatim persolvere, nec non cantum Gregorianum imperitos post præsentis Synodi progressum quisque in suo oppido, vel alibi de nostra licentia, prout commodiùs videbitur, sub pœna amissionis quotidianarum distributionum, si contumaces, fructuum, edifcere, hoc enim à nobis exigit Omnipotens, hoc idem curemus. Promovendis verò ad majores ordines, ni cantum didicerint, ascensus interdicatur.

C A P. VIII.

De Cathedratico solvendo.

Cathedræ Pastoralis honos, ut dignitate pollet, ac cæteris potestate prævertit; Ità oblationes, pro tanti fulgoris argumento præstandas exposcit: Idcircò Constitutioni Honorii tertii, quæ incipit, *Conquerente*, nec non Beneventanę Synodi Provincialis Cap. unico, quæ incipit, *quia omnis adnixi*, hoc tributum nomine Cathedratici in altera nostra diæcesana Synodo Deo favente celebranda ab omnibus Rectoribus, Beneficiatis, & Capitularibus Ecclesiarum Vrbis, & Diæcesis nostræ, prout in edicto vulgari Idiomate suo tempore expressum fuerit, solvendum præcipimus: Nihil enim, quod tantum honorem redolet prætermittendum.

TABELLA DE CASI

Reservati al Sommo Pontefice nella Bolla detta in Cœna Domini, che ogni Parroco dovrà leggere al Popolo ogni Giovedì Santo.

SIScomunicano, & anatematizano gl'Eretici di qualsivoglia sorte, i fautori degl'istessi, quei, che tengono, leggono, ò stampano i libri de medesimi, è gli Scismatici.

Quei, che appellano dal sommo Pontefice al futuro Concilio, & i loro Fautori.

I Cor-

I Corsari, & i loro recettatori, e Fautori.

Quei, che rubbano beni di qualsivoglia sorte de Christiani, ch'hanno patito naufragio, anche se i medesimi beni si fussero ritrovati ne' lidi.

Quei, che impongono nuovi pedagi, e gabelle ò pure che l' accrescono.

Quei, che falsificano lettere Apostoliche, ò suppliche segnate da chiunque ne hà l'autorità, e quei, che falsamente supplicano lettere Apostoliche.

Quei, che portano arme, ed altre cose idonee all'uso di guerra à Turchi, ed ad altri nemici del nome Cristiano, e quei, che partecipano à medesimi cose appartenenti alla Cristiana Republica in danno de Cristiani.

Quei, che impediscono coloro, che portano à Roma Vittovaglie, ò altre cose necessarie.

Quei, che con l'opera loro, e d'altri offendono coloro, che vengono alla Sede Apostolica, ò ritornano dalla medesima, e quei, che senza giurisdittione travagliano coloro, che dimorano in curia.

Quei, che offendono i viandanti à Roma, ed i Pellegrini anche commorranti in Roma, ò che quindi ritornano.

Quei, che offendono i Cardinali della S.R.C. ed altri Prelati,

Quei, che per se, ò per altri offendono coloro, che ricorrono alla Romana Curia per li loro negotii.

Quei, che appellano dal gravame, ò dalla futura esecutione delle lettere Apostoliche alla laica potestà,

Quei, che impediscono l'esecuzione delle Lettere Apostoliche, ò d'altre espeditioni, e quei, che prohibiscono l'andare à Roma ad impetrar gratie.

I Giudici secolari, che traggono le persone Ecclesiastiche à suoi laici Tribunali, Quei, che tolgono la libertà Ecclesiastica, ò la perturbano in qualche cosa.

Quei, che impediscono i Prelati, che non si servano della loro giurisdittione, e quei, che sfuggono i giudicii loro, e de loro Delegati ricorrono alla Curia secolare, ò decretano contro di quelli, e coloro, che a tali cose prestano ajuti.

Quei, che usurpano la giurisdittione della Sede Apostolica, e di qualsisia Chiesa, ò che ne sequestrano i frutti.

Quei, che impongono decime, ò altri pesi alle persone Ecclesiastiche, alle Chiese, ò Monasterii, ò à Frati de medesimi.

I Giudici secolari, che s'interpongono nelle cause Capitali, ò criminali contra le persone Ecclesiastiche.

Quei, che occupano beni, ò Terre della Chiesa Romana, e quei, che usurpano la giurisditione della medesima.

L'assolutione delli sudett. Casi è riservata al solo Pontefice, e quei, che persumonò d'assolverli sono scommunicati, debbano avere questa Tabbella tutti i Confessori secolari, e Regolari.

Altri Casi reservati al Sommo Pontefice fuor della Bolla in Cœna Domini.

LA violatione della clausura delle Moniche à mal fine.

Quei, che mettono violentemente le mani adosso à Clerici.

La simonia reale scientemente contratta.

La Confidenza Beneficiale.

Quei, che provocano, e fanno Duello.

La violatione dell'immunità Ecclesiastica intorno a quei, che sifuggono alle Chiese.

Casus Reservati Illustriss., & Reverendiss. D. Episcopo, quibus est annexa excommunicatio.

HOmicidium voluntarium, vel ad id consilium, auxilium, & favorem præstantes.

Qui abortum procurant, etiam non sequuto effectu, & post animatum fœtum.

Committentes incæstum in primo, & secundo gradu consanguinitatis, Affinitatis, & Cognationis, ità ut etiam mulieres comprehendantur.

Blasphemantes Deum, & Beatissimam Virginem:

Non solventes decimas integras Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis debitas, tàm de jure, quam de consuetudine, vel illas aliquo modo defraudantes, vel non solventes debita Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis ex causa pia.

Concubinarii publici, qui per annum insordescunt, & non resipiscunt.

Actuarii, & Notarii non integrè describentes depositiones testium, sed tantùm pro parte, quæ facit ad favorem fisci.

Vsurarii Publici.

Sortilegium, maleficium, incantatio, divinatio, abusus sacra-

cramentorum, & sacramentalium cum tacita, vel expressa Dæmonis invocatione.

Deponentes falsum in Iudicio.

Quibus non est annexa Excommunicatio

Blasphemantes sanctos auferentes scripturas ab Archivariis sine licentia, vel illas indebite detinentes.

Sponsi haben tes copulam carnalem antè matrimonium contractum in faciem Ecclesiæ, nec non eorum affines, & consaguinei id permittentes, & non prohibentes, casu possint.

Aperientes domos, & possessiones alienas cum clavibus adulterinis nulgò detto lo Votajanno ad finem furandi.

Sodomiam exercentes in proprio sexu, & si ultrà quatuor vices cum excommunicatione annexa.

Deturpantes, seù vim inferentes Ecclesiis, & Monasteriis, etiam ad effectum furandi.

Curiæ Servientes re, vel verbo offendentes.

Sacras reliquias subripientes, vel asportantes etiam in minima particula, vel illas infrà biduum non revelantes.

Exuentes, & humantes cadavera in locis sacris sine licentia.

Committentes bestialitatem cum brutis.

Matres, & tutrices cubantes cum infantulo eodem lectulo antè annum completum.

Decretum de Conclusione Synodi.

Synodi nostræ Diœcesanæ Vulturariensis Ecclesiæ Deo Adjutore optatum finem videmus. Quapropter eam cum gratiarum Deo actione concludendam esse decernimus, & conclusam denunciamus.

Decretum de Indictione futuræ Synodi.

Aliam futuram Synodum juxtà Tridentini Sanctionem indicimus, habendam esse die decima quinta mensis Septembris, sequentis anni millesimi sexcentesimi nonagesimi quinti, nisi aliqua ex causa prorogari, & id per literas Vobis datas significatum fuerit.

Re-

Rogitus Actorum

PRædicta omnia, & singula acta, & decreta in præsenti Diœcesana Synodo contenta promulgata, lecta, lata, & recepta fuisse in Ecclesia Majori Collegiata, & Vice Cathedrali S. Bartholomæi coram Reu. Capitulo, & Clero Vrbano, & Foraneo sub die trigesima Mensis Iunii millesimi sexcentesimi nona gesimi quarti, fidem facio, atque Testor Ego D. Leonardus Crialesius Apostolica auctoritate Notarius, & signavi requisitus; adest signum &c.

Decretum de dimissione Synodi.

AD laudē Omnipotentis Dei, Beatissimæ Virginis Mariæ, S. Bartholomæi, & Sancti Ianuarii Patronorum, omniumque Sanctorum Synodum solutam, & dimissam decernimus. Hortamur tamen, & obsecramus Vos Fratres charissimi, ut tales in vestro munere sitis, quales cælesti ministerio adscripto decet, cum enim ad proprias Ecclesias regressum habueritis opere vestro Cæteris prælucere studeatis &c.

DOMINICUS EPISCOP. VULTURARIEN.

D. *de Angellis Synodi Secret.*

INDEX
SYNODI CARAFÆ

INDEX
SYNODI SURRENTINÆ

F I N I S.

